



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Henrici || Svsonis Viri Sanctita-||te, Ervditione Et  
Mi-||racvlis Clari, Opera**

**Seuse, Heinrich**

**Coloniae, 1615**

D. Henrici Svsonis Viri Sanctissimi Vita, Eivs Praeclare dicta factaq[ue],  
non omnia, sed quædam duntaxat, complectens, lectu vtiliſima.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38029**

PIO LECTORI F. LAURENTIUS  
Surius Carthusianus, S.

**D** Henricus Suso vir magna sanctitatis, & multus clarus miraculis, vitam egit penam pueri paucis imitabilem. Habuit autem familiam quandam spiritalem, nobilem genere, sed pietate nobiliorem, quae ex illo clam multa erat expiscata illius vita, eaque in scripta rededit. At ubi id ille reliquit, iussit sibi reddi, eaque partim igni consumpsit, quae autem reliqua fuere, sub alieno nomine edidit, superius nullam omnino mentionem faciens, sed Ministrum Sapientiae ubique se appellans, ut vanam gloriam declinaret. Itaque in hac eius vita per multa insunt, quibus nihil possit esse efficacius ad instigandos homines quamuis frigidos animos ad amandum Deum. Ammales quidam & huic mundo dediti, solent fastidire eiusmodi, sed hoc mouere non debet eos, qui cupiunt non hominibus, sed Deo placere. Dominus Deus vult nobis sanctorum suorum exempla suppetere, ut qui dictis parum mouemur, saltem factis aliorum accendimur. Plus enim mouent facta quam dicta. Obsecro te pie Lector, sedulus in hac lectitanda vita versaris: non enim id absque grandi tua salutis lucro feceris.

Vale.

D. HEN-

# D. HENRICI

SVSONIS VIRI SANCTIS-  
SIMI VITA, EIVS PRAECLARE

*dicta factaq; non omnia, sed quaedam  
duntaxat, complectens lectu  
vtilissima.*

## CAPVT I.



VIT in Germania quidam  
professione Dominicanus,  
natione Sineus, cuius no-  
men sit in libro vitae. Is vt  
aeternae Sapientiae Minister  
& existeret & diceretur, o-  
prabat. Contigit autem, vt  
sanctae cuiusdam ac diuinitus illustratae perso-  
nae notitiam obtineret, calamitatibus & affli-  
ctionibus laborantis. Erat ea sexus foeminei,  
cupiebatque ex memorato aeternae Sapientiae  
Ministro audire quippiam de perpessione ex  
propria illius experientia, vnde anonus suus  
afflictus confirmaretur: idque multo egit tem-  
pore, quoties ille ad eam accessisset: oculisque  
percuntationibus expiscata est ex eo ratione  
inchoationis & progressionis illius, nonnulla-  
que eius exercitia & perpessiones: quae is illi  
spiritali familiaritate secreto aperiebat. Atqui  
vbi illa hinc consolationem ac institutionem  
adipisci se sensit, cuncta redegit in scripta, in suos  
ac aliorum vsus: furtim tamen & clanculo, nihil  
inde illo coeperti habere. Postea vero dum spi-

ff 4. ritale

ritale hoc furtum persensit obiurgavit eam, compulitque ipsi reddere quæ scripserat: moxque igni tradidit, quæcunque ab illa recepit. Cumque illi pars altera oblata fuisset, eamque simili ratione penitus abolere vellet, diuina reuelatione prohibitus est: atque hoc pacto quæ reliqua erant, non sunt flammis consumpta, quæ nimirum magna ex parte suis ipsa manibus scripserat: quibus tamen post eius obitum complures piæ institutiones eius nomine ab æternæ sapientiæ Ministro adiunctæ sunt. Prima quidem Ministri huius ad Deum conuersio vel conuersionis initia tum cœperunt, cum annuum ageret decimum octauum. Et quamuis annis quinque iam habitum tulisset monasticum, adhuc tamen animo erat impacato ac insedito. Et si quidem à grauioribus diuinitus esse seruatus culpis ac peccatis, quæ illius famam possent lædere, communes ac minores culpas non magnipendebat. Interim nihilominus ita seruabatur à Deo, vt quocunque se vertisset ad res sensibus ipsius plausibiles ac optatas, non esset animo quietus & contentus: videreturque ipsi aliud quippiam superesse, quod viuendo ipsius animo tranquillitatem & pacem esse allaturum. Male itaque ipsi erat, dum hac laboraret inquietudine & perturbatione: Semper vitæ conscientia stimulis pungebatur, nec tamè poterat ipse sibi ferre suppetias, donec piissimè Deus quadam conuersione eum liberauit: Mirabantur cæteri subitam illius immutationem, & quidnam illi accidisset: dicebantque alius hoc, alius aliud: nec tamen quisquam rem ipsam attigit. Siquidem occultus quidam atque

OTI  
45  
Suo vt ætatis  
suz anno de-  
cimooctauo  
fuerit cōuer-  
sus ad Domi-  
num.

loculentus Dei tractus, hanc illius ab omnibus  
aerfionem & ad Deum conuerfionem subito  
effecerat.

*De quibusdam noui Tyronis Christi cer-  
taminibus.*

CAPVT II.

**C**umque hæc illi gratia diuinitus obtigif-  
set, mox quædam in illo certamina ex-  
citerunt, quibus malus dæmon salutem  
eius impedire nitebatur: eaq; hunc in modum  
sefe habebant: Internus DEI impulsus ac in-  
stinctus, expeditam ab omnibus impedimen-  
tis & medijs aerfionem ab illo exigebat. Con-  
tra oblectabatur tentatio, eiusmodi illi cogi-  
tationem iniiciens: Maturius delibera. Facile  
est inchoare, sed difficile perficere. Atqui inter-  
na Dei vocatio Sancti spiritus potentiam & o-  
pera proferebat. Ediuerso tentatio nihil qui-  
dem de Dei potentia ambigendum affirmabat,  
sed vtrum vellet, incertum esse. Tum vero cer-  
to id illi demonstrabatur: quando quidem pi-  
ssimus Deus benignis pollicitationibus suis id  
confirmârit, reuera opem se laturum cunctis  
in eius nomine istuc aggredientibus. Deinde  
gratia in hoc conflictu palmam obtinente, alia  
quædam tanquam amici specie cogitatio in il-  
lius animum sese insinuans, hoc pacto illi con-  
sulebat: Potest id fortassis commendari, meri-  
toq; corrigere te debetis: sed non admodum  
urgas: ea moderatione inchoes, vt possis ad  
exitum perducere. Cibum ac potum corpori

*Certamina  
quæ salutem  
conuerfionis  
sue in illo ia-  
stârunt.*

*Callidi ho-  
stis alia sug-  
gestio.*

Ff 5 indul-

indulgeas, tibi que benigne facias, atque inter  
 rim peccatum vites. Quantum voles, sis intra  
 te ipsum bonus, ea tamen mediocritate, vana  
 quis extrinsecus horrorem ex te capiat, vana  
 hominum consuetudo dicere. Modo corpium  
 fit, salva sunt omnia. Poteris cum hominibus  
 incundos ducere dies ac nihilo secius in virtu-  
 tis officio permanere. Etiam alij se sperant fa-  
 uos fore, tametsi & eiusmodi exercitationibus  
 deditam non agant vitam. His atque id genus  
 alijs pulsabatur cogitationibus: sed æterna sa-  
 pientia fallaciosum hoc consilium hac ratione  
 euertebat. Qui anguillam piscem lubricum  
 cauda retinere, & vitam sanctam tepide molli-  
 tur aggredi, is utrobique fallitur, dum enim  
 siue hanc, siue illam tenere se putat, è manibus  
 elabitur. Ita etiam qui corpus indomitum ac  
 inexercitatum delicate ac molliter viuendo  
 vult in seruitutem redigere, non satis est me-  
 tis compos, & qui mundo vult perfrui, ac-  
 hilominus Deo perfecte seruire, rem impossi-  
 bilem molitur, & scripta diuina Christi que in-  
 stituciones corrumpit ac deprauat. Itaque hinc  
 omnibus valefacere, agas id animo virili. Hoc  
 in cogitatione cum diu satis versatus esset, tan-  
 dem sumpta audacia & fiducia, fortiter ab om-  
 nibus sese abstraxit. Interea viuax eius animus  
 crebras (vt ita dicam) mortes initio perpe-  
 nit, cum se à vana societate abiungeret. Non-  
 nunquam victus naturæ infirmitate, accessit  
 eos animi leuandi gratia, sed vt plurimum ac-  
 cidit, vt qui latus eos adierat, tristis abscede-  
 ret, eo quod sermones & recreationes illorum  
 iniucunda forent, & sua illis inuisa. Euenit  
 sapul-

011  
45  
Simile.

Matth 6.

Aliorum vsus  
 societate su-  
 fo quid pie-  
 rumque sit  
 consequitur.

capitulosculè, vt ubi illis sese coniunxisset, huiusmodi eum verbis exercirarent. Alius percontabatur, ecquod singulare vitæ genus ac institutum arripuisset: Alius communem viuendi rationem tutiorem affirmabat: Alius denique in malos exitus eum vitæ modum definere aiebat. Ita alij post alios eum excipiebant. At ille planè obmutescens, secum loquebatur: O Deus pijsime, nihil consultius, quam hominum consortia fugere. Equidem si hosce sermones non percepissem, nihil inde ad me damni rediret. Erat tum temporis hæc illi crux molestissima, quod neminem haberet, cui afflictiones suas posset aperire, qui idem quod ipse & eadem ratione se staretur. Viuebat igitur desolatus ac miser, multaque vi sese ab alijs subduxit, quod illi postmodum vsus effecit suauissimum.

Cruz quæ, quando Sufoni molestissima.

*De tractu quodam supernaturali, A Eterna Sapientia Ministro præstito.*

### CAPVT III.

**A**ccidit in conuersionis eius initio, vt ferijs D. Agnetis virginis & martyris facto prandio in Chorum ingressus, solus illic maneret, stans in infimis dextri Chori sedibus. Erat tum graui quodam angore correptus ex acerba, qua laborabat, cruce & afflictione. Cû autem sic staret omni consolatione destitutus, nec quisquam illic adesset, rapta est anima illius siue in corpore, siue extra corpus: viditque & audiuit, quod nec omnes possunt linguæ eloqui.

Vt excessum mētis passus mira fuerit consolatione repletus. 2. Cor. 12.

eloqui. Erat id formæ ac modi expertus, & tantum  
 formarum ac modorum omnium iucundus in  
 se continebat oblectationes. Cor illius & ab  
 abat desiderio, & tamen exatiabatur: animus  
 plane iucundus & amœnus erat: optio & ap  
 petitio in ipso consopitæ erant. Tantummodum  
 aciem mentis intendebat in lucidum ac illu  
 stre illum fulgorem, ubi & sui ipsius & rerum  
 omnium capiebatur obliuione. Vtrum dies an  
 nox esset, ignorabat. Fuit id reuera vitæ æternæ  
 erumpens quædam dulcedo secundum præ  
 sentem tranquillam & quietam perceptionem  
 siue experimentum. Dicebat postea: Si non  
 id regnum cælorum, equidem quid sit regnum  
 cælorum, nescio. Quicquid enim potest affi  
 ctionis in hac vita quisquam perpeti, non po  
 test ex æquo mereri illud gaudium æterno fru  
 endum. Tractus iste ecstasticus horam vnam  
 dimidiam durauit, nesciente illo, vtrum ani  
 ma in corpore an extra corpus degeret. Porro  
 sibi ipsi redditus perinde affectus erat, vt solis  
 qui ex alio orbe commigrârit: adeoque cor  
 pus momentaneo illo raptu ægrè habebat, vt  
 non putaret quemquam in ipso mortis aditu  
 tantillo spatio tantos posse dolores experiri.  
 Simul autem vt sibi restitutus fuit, ex imo pe  
 ctore alta trahebat suspiria: corpusq; ipso licet  
 inuito humi collabebatur, haud secus quam il  
 lorum, qui præ virium imbecillitate deficiunt.  
 Dabat ergo voces miserabiles, & profundos  
 dabat intra sese gemitus, ita dicens: O Deus  
 meus ubi eram, & ubi nunc sum? O præcipuum  
 & summum bonum meum, nulla vnquam po  
 terit obliuio horam istam auferre ex pectore  
 meo.

Rom. 8.

vt sibi reddi  
 tus sese ges  
 scit.



meo. Corpore quidē ingrediebatur, nec quifquam tamen quicquam in illo forinsecus vel vidit, vel animaduertit. Atqui anima illius & mens cælestibus spectaculis plena erat, fulgoresq; illi cælici in intimis mentis eius penetrabilibus vltro citroque ferebantur, videbaturq; sibi, velut in aëre volitare. Denique vires animæ illius suavi illo ac cælesti gustu completæ erant, perinde vt vas vnguentarium, preciofo liquore inde effuso, odorem gratissimum retinet. Idemq; gustus multo deinceps tempore in eo perseverans, cælestem erga Deum sitim & desiderium illi præstitit.

*Vt spiritale cum æterna Sapientia connubium contraxerit.*

#### CAPVT IV.

**R**atio autem vitæ illius, qua longo postmodum tempore erga interna exercitia utebatur, perpetuum erat studium continua perfruendi præsentia æternæ Sapientiæ, cum amicabili illius confabulatione coniuncta. Quod quo pacto primum cœperit, potest ex libris eius de æterna Sapientia Germanicè ab eo, Deo adiuuante, conscriptis animaduerti. Erat ab ineunte ætate cor illius amori deditissimum. Ipsa autem æterna Sapientia in scriptis diuinis haud secus sese exhibet, quam quæ admodum amore capta sit, pulchreque sese componit & exornat, vt cunctis placeat: gratisq; vtitur eloquijs, & amicabili specie, vt animos omnium in sui amorem illiciat: interimq; commemorat

memorat fallaciam & inconstantiam aliarum  
amicarum, suamque ediuerso constantiam  
amabilitatem. His nimirum animus illius iu-  
uenilis alliciebatur, perit de ut panthera dicitur  
suauem spirans odorem, feras alias ad se  
adducere. Vitur autem eadem Sapientia hanc  
illiciendi & ad spiritalem sui amorem blandi-  
ac suauiter inuitandi ratione crebro admodum  
præcipue in libris Salomonis, & Sapientia de  
Ecclesiastici voluminibus. Hosce libros cum  
ad mensam legi contingeret, perciperet quæ-  
ces amatorias & blandas Sapientiæ, animo ex-  
hilaratus, cœpit illi inhiare, eiusque magno de-  
grati desiderio, atque ita secum cogitabat: E-  
quidem fortunam tentabo meam, si fortassis  
percellentis huius amicæ, de qua tam magnifi-  
ca referuntur, merear amore perfrui, atque  
ius amicitia potiri. Neque enim poterit cor meum  
viuidum ac iuuenile non esse amori alicuius  
addictum & deditum. Sub his sæpius illam ob-  
seruabat, atque eius animo crebro ea illabe-  
tur, satisque illi arridebat. Cumque vice quadam  
ad mensam sederet, audiuit hæc de ea verba re-  
citari: *Sapientia speciosior Sole, & super omnem dis-  
positionem stellarum luci comparata inuenitur pro-  
Hanc amavi & exquisiui à iuuentute mea & quaerens  
eam mihi in sponsam assumere, & amator factus sum  
forma illius. Habebo propter hanc claritatem  
ad turbas, & honorem apud seniores. Habebo  
per hanc immortalitatem, & memoriam æ-  
ternam his, qui post me futuri sunt, reli-  
quam. Intrans in domum meam, conquietes-  
cam cum illa. Non enim habet amaritudinem  
conuersatio illius, neque tædium conuictus  
illius;*

Sap. 7. & 8.

illius, sed letitiam & gaudium. Dominus Sapientia fundavit terram, stabilivit cælos prudentia. Sapientia illius eruperunt abyssi & nubis rore concrefcunt. Qui eam adeptus est, ambulavit fiducialiter in via sua, & pes eius non impinget. Si dormierit, non timebit: quiescet, & suavis erit somnus eius. His atque id genus alijs mellitis perceptis sermonibus, flagranti animo has secum cogitationes versabat: Verè præclaram egregiamque amicam O si ea mihi possit obtingere, nimirum felicissimus ero. At ediuerso contrarijs deterrebat cogitationum aculeis, nempe eiusmodi: Quo pacto amare poteris, quod nunquam videris, quod nunquam habueris cognitum? Melior est pugillus cum certa possessione, quam plena domus cum incerta expectatione. Qui sublime molitur ædificium, & amicitiam ambit hominis præcellentis, cui ipse longè impar sit, haud raro spe frustratus sua, famelicus abscedit. Non esset sanè huius Domine detestanda amicitia, siquidem sui amatoribus potestatem faceret corporis accurandi. At nunc ipsa dicit: *Qui amat vinum & pinguia,* PROV. 21.  
*non erit sapiens. Itemque: Usquequo piger dormies? usquequod de somno confurges? Parum dormies, modicum dormitabis, pauxillum manus consetes, ut quiescas, & venet tibi quasi cursor egestas tua, & mendicitas quasi vir armatus.* PROV. 6. Agè, vide si quis unquam alius tam duras præscribat leges sui amatoribus? His divina quædam sese obiecit cogitatio: Amoris ea antiquitus lex & conditio est, ut amantes parlantur aduersa & molesta, Non est Procus vllus absque cruce, & quisquis

Amorè martyrium seu poenam esse.

quis amori dat operam, idem ipse martyre est. Quanto igitur æquius est, tam sublimem & insignem sibi sponsam & amicam captare meditantem, quædam interim aduersa perpeti. Adspice quot casus acerbos, quot tædia, quot labores, velint nolint, tolerare oporteat mundi amicos. His atq; confimilibus internis inspirationibus animo ad perseverandum confirmabatur: sæpiusq; eiusmodi illi eueniebant. Interdum bona erat voluntate præditus: quandoque verò animum rerum labentium amorem non nihil applicabat: sed cum huc atque illuc sese verteret, semper eiusmodi aliquid offerebat, cui integra cordis sui conuersio reclamaret. Atque hac ratione modo in hanc, modo in illam partem inflectebatur. Quadam die ad mensam sedens, audiuit de Sapiencia legi quæpiam, vnde vehementissime accendebatur. tale erat: Ego quasi terebynthus extēdi ramos meos, & rami mei honoris & gratiæ: Quasi Libanus non incisus vaporavi habitationem meam, & quasi balsamum non mistum odor meus. Qui me inuenerit, inueniet pacem, & hauriet salutem à Domino. Contra verò de turpi fœminarum amore ista commemorabatur: Inueni amariorem morte mulierem, quam laqueus venatorum est, & sagena cor eius: vincula, manus illius. Qui placet DEO, effugiet: qui autem peccator est, capietur ab illa. Ad hæc intra sese exclamans, aiebat: Plane verissima sunt hæc. Iam omnino certum atque statutum est mihi, Sapienciam Sponsæ loco assumere, eiusq; amoris & seruitio me mancipare. Atque vnam, ait, vel semel illius videndi & allo-

Eccl. 24.

Eccl. 7.

quendi copia præberetur. Quæ aut qualis est, quæ tam mira de se prædicat, tot ac tanta pollicetur? Estne Deus aut homo, vir an fœmina, scientia vel astutia, aut quid tandem est? Dum his flagraret desiderijs, quantum quidem ex memoratis, alijsque scripturæ sententijs, quibus ea exprimitur, eam potuit agnoscere, tali schemate visendam se illi præbuit: Longè supra ipsum ferebatur in columna nobis, residens in throno eburneo, micans instar Luciferi & tanquam Sol lucens in virtute sua. Corona eius erat æternitas, amictus felicitas, sermo suauitas: Complexus, omnis boni facietas. Prope erat, & longe aberat, sublimis & humilis, præfens & occulta, familiarem se præbebat, nec tamen apprehendi poterat. Excelsis cæli fastigijs erat altior, & abyssis profundior: attingebat à fine vsque ad finem fortiter, & disponebat omnia suauiter. Dum elegantis puellæ specie teneri videbatur, mox pulcherrimi iuuenis præ se ferebat imaginem. Nonnunquam ceu artium omnium peritissimam se præbebat amicam, cunctis amabilem. Itaque duicissime ad eum se conuertens, & comiter non tamen sine quadam diuina maiestate illi arridens, benigne his eum verbis affata est: Præbe fili cor tuum mihi. Tū vero vestigijs illius aduolutus, medullitus ac humilime gratias illi egit. Fuit hoc illi id temporis præstitum, nec plus ea vice consequi potuit. Postea verò cum more suo de hac amabilissima Sapientia cogitabundus incederet, cor eius amoris studiosissimum hæc intra sese questionem agitabat: Vndenam amor & amabilitas omnis profuxit? Vnde pulchritudo, decor,

visionis cuiusdam descriptione.

Apoc. 1.

Sapient. 2.

Prou. 23.

G g

oble-

oblectatio, venustas omnis proficiscitur. Certe  
 tane hæc ex ipsius diuinitatis fecunda origi-  
 ne promanant? Agè igitur corde, sensibus & a-  
 nimo te inexhaustam omnium desiderabilium  
 abyssum ardentis cordis mei affectu comple-  
 ctor: neque enim quisquam me prohibet. Im-  
 rim nonnunquam animæ illius sese commu-  
 nicabat ipse propemodum totius boni fons &  
 profluuiū, in quo simul reperit quicquid opti-  
 mum, amabile, vel desiderabile esset: siquid  
 id illic modo ineffabili existebat. Hinc quon-  
 dam contraxit consuetudinem, vt quoties can-  
 tiones amatorias dici vel cantari audisset, cor-  
 de & animo ad suauissimam amicam suam, et  
 qua quicquid est amabile, procedit, abstracto  
 quodam intuitu sese confestim intro recipere-  
 ret, siue introrsus raperetur. Neque sanè  
 possit, quoties gratissimam illam amicam le-  
 chrymantibus oculis & in immensum expan-  
 so cordis sinu circumplexus sit, & suo pectore  
 suauiter astrinxerit. Erat tum sæpenumero il-  
 li perinde vt solet infanti ad matris, ipsum suum  
 vlnis complectentis, vbera pendenti, atque in  
 eius gremio delitescenti. Vt enim eiusmodi  
 puernulus capite & totius corporis motu ad pa-  
 rentis suæ pectus sese applicat, & amabili-  
 ac blandis id genus gestibus cordis sui legitime  
 declarat: ita cor illius cum sensibili quadam  
 inundatione erga iucundissimam æternæ Sa-  
 pientiæ præsentiam ferebatur cogitabatque. Si  
 mihi desponsa foret Domine Iesu regina po-  
 tens, esset id mihi gaudio. Nunc igitur æterna  
 Sapientia tu mei cordis Imperatrix, & totius  
 gratiæ parens es. In te diuitiarum, honoris,

potest

potentia affatim mihi suppeditat. Nihil præ-  
 terea appeto quicquid hic mundus habet. Sub  
 his meditationibus vultu exhilaratus oculis  
 micantibus, corde in iubilum sublato, & cun-  
 ctis internis sensibus exultantibus, in hæc ver-  
 ba prorupit: Super salutem & speciem dilexi  
 Sapientiam, & proposui pro luce habere illam, <sup>sap. 7.</sup>  
 & venerunt mihi omnia bona pariter cum illa.

*Vt salutiferum nomen Domini Iesu cordi suo  
 inscripserit.*

## CAPVT V.

**P**ER idem tempus immensus quidam ignis  
 animo illius infusus: cor eius diuino a-  
 more vehementissime inflammavit. Quo-  
 dam die illius æstum sentiens, Christiq; chari-  
 tate impendio flagrans, ingressus in cubiculum  
 suum, in secretum locum se recepit, & dulcissi-  
 me se meditationi tradidit, aitque ad Domi-  
 num: Vtinam Deus pijsime aliquod amoris si-  
 gnum comminisci queam, quod sit perpetuum  
 inter te & me dilectionis inonimentum, testa-  
 tumque efficiat me tui & te mei esse amanti-  
 simum, nec id vlla possit vnquam obliuione de-  
 leri. Sub hoc ardentissimo feruore, remoto à  
 pectore scapulari, vt vocant, detectoque pecto-  
 re, stylum arripiens, corque suum contemplas,  
 ait: Omnipotens DEVS, præsta mihi hodie  
 vires & facultatem meum explendi desiderium:  
 Siquidem in ipsa cordis mei viscera iam te li-  
 quari oportet. His dictis, cœpit in ipso cordis  
 loco carnem stylo compungere, & sursum ac

Gg a deor-

deorsum stylum ducere, donec nomen Iesu  
 in ea carne qua cor tegitur, exarasset. Interim  
 sanguis per corpus in sinum destuebat: quod  
 ille summa cum animi voluptate adspiciendo  
 præ amoris nimietate dolorem non magno  
 pendebat. Hoc peracto, ita cruentus extra cul-  
 culum ad pulpitem templi abscellit, procum-  
 bensque in genua coram imagine crucifixi. Tu  
 inquit, Domine amor vnice cordis & amica  
 meæ, adspice ingens animi mei desiderium. I-  
 quidem non possum te penitus mihi imprimere.  
 Tu igitur obnixè rogatus, perforce Domine  
 quod superest, teque mei cordis fundo protin-  
 dius imprimas, sanctumque nomen tuum meo  
 in me consignes & insculpas, vt nunquam  
 possis aboleri & separari à corde meo. Demum  
 multo tempore his amoris affectus vulneribus  
 tandem curatus est, mansitque nomen Iesu  
 vt optarat, in corde expressum. Literæ autem  
 ipsæ culmum planum latæ, & auricularis digiti  
 articulum vnum longæ erant. Ad motum  
 vsque tulit hoc nomen in suo pectore. Quoties  
 cor motum fuisset, vna etiam nomen ipsum  
 commouebatur: fuitque maximè circa inuicem  
 cumprimis luculentum. Erat autem ipse ho-  
 ius rei celantissimus, nec cuiquam vnquam nisi  
 vni duntaxat è socijs suis ex quadam inuicem  
 & spiritali familiaritate secreto visendum ip-  
 sum præbuit. Si quid postmodum aduersum  
 accidisset, hoc amoris signum contuebatur, &  
 leuius ferebat. Dicere quandoque solebat Do-  
 mino in familiari colloquio. Amatores fecisti  
 huius amicæ suæ effigiem ad vestes suas affigere.  
 Et ego Domine longe amantissime in corde  
 sanguis

OIV

45



sanguine meo te descripsi. Quodam tempore post preces matutinas ab oratione sua reuersus, in cubiculo residebat in sede sua, capitique ceruicalis loco supposuit librum, qui VITA S Patrum inscribitur. Passus est autem mentis excessum, videbaturque ipsi quippiam luminis ex eius corde emergere, respiciensque vidit in suo corde crucem auream multis gemmis intertextam, in quibus miro decore nomen IESU luculenter apparebat. Mox cucullo cor suum operiens, splendorem illum mirificum pretere nitebatur, ne quis eum conspiceret. Tum vero feruentes illi radij mirum in modum flagrabant, adeo ut nulla ratione efficacissimam illorum vim & splendorem celare posset.

*De quibusdam diuina consolationis preludijs,  
quibus Christi Tyranes illi-  
ciuntur.*

## CAPVT VI.

QVam more solito post preces matutinas ad Sacellum suum venisset, aliquantæ quietis captandæ causa in sede sua se reposuit. Fuit illa breuis quies, donec vigiles diei ortum significarent, ad quorum voces simul etiam ipse expergiscens repente humi corruens, exorientem luciferum, ipsam videlicet præclarissimam cæli reginam salutabat, ea videlicet mente, ut sicut æstate apicolæ diem illucentem hilariter excipiunt, ipse quoque iucundo affectu æterni Solis genitricem veneraretur:

Gg 3

raretur: dicebatque tum salutationem quam  
 non simpliciter, sed cum dulci quadam, & ca-  
 cita animi modulatione. Accidit ut tum tem-  
 poris ita ut dictum est, quieti se raderet, ad-  
 daretque in anima sua mirificum resonare  
 gorem, vnde toto corde concuteretur. Erat  
 lius clangoris sonus acutus admodum, atque  
 ea hora illum persensit, cum Lucifer oriri so-  
 let. Hæc autem verba personabat: STELLA  
 MARIA MARIS HODIE PROCESSIT  
 AD ORTVM. Cantio isthæc supra naturam  
 illo percubuit, ita ut totus animo exhilara-  
 ret, vnaque ipse cantaret. Cumq; cantum hunc  
 pariter absoluisset, ineffabili quodam modo  
 circumplexus est, audiuitque vocem eius  
 Quanto me amabilius amplexaris, & purius  
 sine materiæ admixtione oscularis, tanto in-  
 terina claritudine mea iucundius & amabilius  
 circumplecteris. Quibus dictis, aperiebantur  
 oculi eius, & largiter stillabant lachrymas: at  
 ipse pro sua consuetudine Stellam matutinam  
 salutabat. Mox alteram subiungebat salutatio-  
 nem matutinam, simul exosculans solum, in  
 honorem æternæ Sapientiæ, cum oratione illa  
 multo piissimâ, quam ipsemet scribere solebat  
 in libellis pietati feruentibus, cuius hoc edi-  
 nitium. Anima mea desideravit, &c. Quibus  
 etiam annectebat salutationem cum humi de-  
 osculatione coniunctam, in honorem summi  
 & flagrantissimi Seraphici Spiritus, erga æter-  
 nam Sapientiam ardentissimo amoris afflu-  
 candescentis, vti idem spiritus cor ipsius Dei  
 amore vehementissime accenderet, quod & in-  
 tra sese totus flagraret, & alios omnes ignis  
 elo-

eloquijs suis, ac institutionibus inflammaret. Hæ nimirum quotidianæ illius salutationes erant mane expergiscantis. Quodam tempore in ipsis bacchanalibus preces suas eousq; produxerat, dum vigiles diem illucescentem dato signo indicarent. Itaque sic secum cogitabat: Quiesce paulisper, antequam præclaram excipias stellam matutinam. Cumque interea sensus illius paxilla requie potirentur, spiritus angelici alta voce dulcissimum illud Responsorium, vt vocant, Surge illuminare Ierusalê, psallere cœperunt, cantusq; ille ineffabili suavitate in anima eius resonabat. Atq; cum paululum cecinissent, anima eius cœlesti illa melodia adeo complebatur, vt fragile corpus amplius ferre non posset, atque ita aperiebantur oculi eius, & corde redundante, per genas calidi lachrymarum imbres manabant. Eodem tempore sedens aliquando quietis capiendæ causa ita vt dictum est, in visione sibi in extera regionem transferri videbatur, & ecce angelû suum à dextris sibi placido ac sereno vultu asfiteri conspexit. Subito exiliens, dulcissimum illum angelicum spiritum cœcludens circumplectebatur, animæque suæ qua potuit ardentissimè & amicissimè astringebat, ita vt nullum inter ipsos medium intercedere putaret, voceque lugubri & humescentibus oculis pleno cordis affectu ait ad angelû: O suavissime spiritus, qui mihi diuinitus es assignat<sup>9</sup> custos & cōsolator, obsecro te per amorem illum, quo serues erga Deum, ne me deferas. Respondit ei angelus: Non es ausus fidere DEO? Crede mihi, tanta te benignitate & charitate ex omni eternitate cō-

Gg 4 plexus

plexus est Deus, vt te non velit vnquam relin-  
 quere. Alia vice, posteaquam ab afflictionibus  
 illi data erat requies, summo mane cum cele-  
 stis spiritibus in visione familiariter degen-  
 ab vno ex illis splendidis caelestis patriae prin-  
 cipibus perijt indicari sibi, qua ratione Deo  
 secreto in sua anima commoraretur. Et ait ad  
 eum angelus: Age iam hilariter in te ipsum re-  
 spice, & vide vt Deus cum amante anima tua  
 suum exerceat ludum. Nec mora, introfuit  
 respiciens, vidit corpus suum eo loco, vbi  
 cordis sedes, velut crystallum perspicuum in-  
 ri, atque in ipso cordis sui meditullio aereni  
 Sapietiam amicabilem schemate quietissime re-  
 fidere, & iuxta eam assidere animam suam cae-  
 lesti benedictione fretam, atque eius lateri sub-  
 uiter innixam, illiusque strictam amplexibus  
 & diuino cordi appressam, inibique in ecclia  
 & absorptione quadam inter amantissimi  
 Saluatoris vinas delitescentem & obdormi-  
 entem.

*De quibusdam caelestibus consolationibus illi  
 praestitis.*

CAPVT VII.

**C**onfecerat ipse sibi ligamina quaedam  
 dura & aspera. Contigit autem, vt quadam  
 nocte ipsis ferijs omnium angelorum  
 videretur sibi in visione cantiones angelicas  
 & caelestes tinnulasque audire melodias: quibus  
 adeo fuit recreatus, vt omnium afflictio-  
 num suarum obliuisceretur. Ait autem vnus

ex illis

ex angelis ad eum : Quemadmodum te dele-  
 stat audire ex nobis cantica æternitatis, ita nos  
 iuuat ex te percipere cantiones æternæ ac præ-  
 stantissimæ Sapientiæ: moxque subiunxit: Hoc  
 nimirum canticum electi omnes in extremo  
 deproment die, vbi se viderint in perennis fe-  
 licitatis fruitione confirmatos, Deinde in ea-  
 dem Solennitate multis horis in eiusmodi cæ-  
 lestium & angelicorum contemplatione gau-  
 diorum versatus est: atqui die iam aduentan-  
 te, iuuenis quidam ipsum adiit, figura ac habi-  
 tu cælestis musici cuiusdam à Deo ad ipsum  
 missi: vnaque illum comitabantur complures  
 egregij præclarique adolescentes eodem cultu  
 ac schemate, præterquam quod primus ille  
 quandam præ alijs dignitatem tanquam ar-  
 changelus præ se ferret. Idem autem ipse mag-  
 no & excelso animo se ad æternæ Sapientiæ  
 Ministrum contulit, dicens ea se causa diuini-  
 tus ad ipsum delegatos, vt afflictiones eius cæ-  
 lestibus gaudijs releuarent ac discuterent. Quã-  
 obrem, inquit idem Spiritus, missio cordis do-  
 lore, nobis socium te adiungas oportet, nobis-  
 cumque cælestes ducas choreas. Simul autem  
 per manus eum trahentes sibi iunxerunt. Mox  
 iuuenis antedictus dulcissimam de puerulo  
 IESV cantilenam exorsus est, istam videlicet,  
 In dulci iubilo, &c. Vt autem Sapientiæ Mini-  
 ster nomen IESV tam suauiter & alacriter cõ-  
 cini percepit, sensibus ac animo ita est recrea-  
 tus, vt sibi nihil vnquam perpeffus videretur,  
 dispulsa mox omni molestia. Interim magna  
 animi voluptate cernebat illos beatos spiritus  
 altissimos & elegantissimos dare saltus. Præ-

centor ille nouerat cuncta optimè moderari,  
 cuius præcinentis dulces modulos cæteri pro-  
 sequebantur, canentes ac saltantes cum corda  
 iubilo. Præcentor autem clausulam illâ. Euge-  
 meritò, ter repetebat. Non erant autem choræ  
 istæ, quales sunt huius vitæ: sed erant caelestes  
 quidam effluxus & refluxus in vastissimam di-  
 uinitatis abyssum. Huius generis innumera-  
 bili caelestes consolationes aliquot annis præsti-  
 bantur, idque tum potissimum, cum duris pro-  
 meretur afflictionibus, tanto mitius ferebat.  
 Quidam amicus Dei in visione perspexit hunc  
 ipsum Sapientiae Ministrum, cum accessisset ad  
 altare Missæ sacrificium facturus, clarissimæ  
 charitatis ornamento illustrari, Deique gratiam  
 roris instar in illius animam delabi, ac-  
 que vnum illum fieri cum Deo: simul autem  
 per plures à tergo illi astare paruulos forma  
 venusta & amabili, cereos arduentes manibus  
 gestantes circa altare alios post alios, eosque sin-  
 gulos expansis brachiolis, quam possent dul-  
 cissime illum complecti, & suo pectori appli-  
 care. Itaque præ admiratione sciscitabatur qui-  
 nam essent, aut quid sibi vellent. Responderunt  
 se illius esse consodales & socios, ac participes  
 laudis & exultationis in æterna beatitudine,  
 perpetuoque se illi adesse, ipsumque tueri. San-  
 ctus ille homo, qui hæc in spiritu vidit, ait ad  
 angelos: Quid sibi vult, quod fratrem hunc  
 tam suauiter estis amplexi? Dixerunt illi: Fra-  
 ter iste nobis longe charissimus est, & multa  
 nobis cum illo intercedit consuetudo, & fami-  
 liaritas: noueris que Dominum Deum mira ac  
 ineffabilia in eius anima operari: & quicquid  
 à Deo

à Deo serid petierit, nunquam repulsam apud  
Deum patietur.

De quibusdam visionibus.

CAPVT VIII.

**M**VLtæ illis tēporibus visiones ei occur-  
rebant de futuris & arcanis rebus, præ-  
stititque illi Deus quoad fieri poterat,  
certam notitiam & experimentum eorum que  
in cælis & apud inferos, & in purgatorio gere-  
bantur. Solebant tum crebro illi plures appa-  
rere animæ, cum ex hac vita migrassent, eique  
quid ipsis euenisset indicare, puta quibus de-  
meritis pœnam sibi constassent, & ut posset ip-  
sis succurri, aut quod à Deo præmium essent  
consecutæ. Inter alios apparuit illi felicis me-  
moriæ Dominus Eckardus, & sanctus frater  
Ioannes Fucrius Argentinensis. Ex his domi-  
nus Eckardus significauit illi, ineffabili se glo-  
ria inundatum, & penitus in Deum transfor-  
matum esse. Mouit autem illi Minister Sapien-  
tiæ quæstiones duas. Prima erat, ut in Deo ha-  
berent, siue in Deo cõstituti essent illi, qui sum-  
mæ veritati cum vera resignatione absq; vllius  
erroris vel fraudis admixtione cuperent esse  
satis. Ad quod respõsum est illi, neminem pos-  
se verbis exprimere hominis in modum sciam  
abyssum absorptionem vel immersionem. Al-  
tera fuit eõ pertingere volenti quænam sit vti-  
lissima exercitatio. Respõdit D. Eckardus: Ea vi-  
delicet, ut à seipso secundum suam proprietatē  
cum profunda sui resignatione deficiat, cūcta-  
que.

Anima defū-  
torum quo-  
rundam vt  
Sancti appa-  
ruerunt.

Eckardi glo-  
ria quanta.

Exercitatio  
ad ipsissimā  
cum Deo v-  
nionem vti-  
lissima, quæ.

que non ex creaturis, sed ex Deo accipiat, & tranquilla quadam vtatur patientia erga quolibet lupinos homines. Alter verò frater Iohannes itidem precipuam illi ea in visione pulchritudinem & ornatum animæ suæ ostendit, cui similiter quæstionem proposuit eiusmodi, Quodnam sit inter omnia vtilissimum exercitium, & quod maximè doleat homini: At ille, nihil homini plus doloris & commodi adferre, quam si derelictus à Deo, seipsum patienter exeat, atque ita Deo propter Deum careat. Pater quoque naturalis huius Sapientiæ Ministri, qui dum viueret, totus erat mundo deditus, post obitum eidem apprensus, miserabili specie dirum illi significauit Purgatorij quem ferebat cruciatum, & quare id potissimum esset commertus, expressitque illi modum, quomodo opem ipsi ferret: quod cum fecisset, iterum illi se ostendens, ait se à pœnis absolutum. Præterea sanctæ memoriæ mater eius, in cuius superstitis corde & corpore mira DEVS gesserit, itidem illius conspectui se obtulit in visione quadam, maxima quæ esset à DEO consecuta, præmia illi exponens. Hoc pacto innumerat vidit animas: quæ res illi quandam attulit voluptatem, atque in eo vitæ cursu, quem tunc tenebat, multo tempore haud mediocriter eum sustentabat.

Exercitium  
omnium vti-  
lissimū quid.

OTV  
45



Vii ad mensam accessurus, itemque assidens,  
se gesserit.

## CAPVT IX.

**A**Ntequam ad mensam se cōferat, coram  
æterna Sapientia cum intima cordis me-  
ditatione genua flectens, obnixè eam præ-  
tabatur, sociam se ipsi præberet, secumque e-  
deret, aitq; illi: Suauissime IESU, magno cordis  
desiderio te nunc inuito, obsecrans vt sicut me  
benigne pascis, etiam hodie te mihi præsentè  
exhibeas. In mensa residens, dulcissimum mū-  
dæ animæ hospitem ceu obiectum quoddam è  
regione sibi opposuit, & in eum oculos suos  
blande ac placide intendit: nonnunquam ad  
latus cordis illius sese reclinabat. Ad singula  
queque fercula ipsi proposita, scutellam cælesti  
illi patrifamilias offerens, rogabat illi bene-  
diceret, sæpius hac prece familiariter vtens:  
Amantissime Domine, quæso mecum edas: mi  
Domine Iesu, benedic obsecro cibum hunc, &  
vna cum seruulo tuo inde accipe. Huiusmodi  
amicabili blanditu, & id genus verbis erga æ-  
ternam Sapientiam vtēbatur. Bibiturus, pri-  
mum illi poculum porrigens, orabat vt bibe-  
ret. Erat hæc ei consuetudo, vt in mensa quin-  
que haustus caperet, eosque ex charissimi Do-  
mini sui totidem vulneribus. Sed quia ex diui-  
no eius latere sanguis & aqua manauit, hunc  
haustum geminabat. Primum atque vltimum  
morsellum sumebat in amore flagrantissimi  
cordis, quod in terris esse posset, & in ardentis-  
sima charitate supremi Seraphim, vt geminus  
hic

Susonis bi-  
bendi cōsue-  
tudo quæ.

hic amor suo cordi perfectè communicaretur. Si quis cibus iniucundus ipsi oblatus fuisset, incruentum cor dilecti sui illum intingebat, nihil hæsitans quin illi nihil esset incommodi allaturus. Delectabatur admodum pomis, sed non sinebat Deus vt illis fruereetur. In visione quadam putabat sibi pomum perrigi à quodam cum his verbis: Accipe & frue: id est enim, in quo tu voluptatem aucuparis. Respondit ille, se non nisi in æterna Sapientia delectari. Contra ille eum mendacij arguit, dicens immoderatus eum oblectari pomis. Quamobrem pudore suffusus, toto biennio poma nec attingere quidem. Quibus non sine desiderio euolutis, cum sequenti anno poma malè creuissent, ita vt fratribus non apponerentur, atque ipse quauis non sine acri ac multiplici concertatione id à seipso extorqueret, ne quid priuatim in mensa de pomis expeteret, rogauit Deum, si quidem ipsi placeret vt pomis vesceretur, vt cunctis fratribus subministrari faceret: quod etiam ita euenit. Mane factò, homo quidam ignotus multos illi cœnobio nummos recentes attulit, ea sola conditione, vt poma illis mercarentur. Fecerunt id fratres, & longo temporis spatio poma illa eis ad vsum satis fuere: Tandem cepit frater iste pomis grato vesci animo. Maiora poma in quatuor secabat frusta: ex ijs tria comedebat in sacrosanctæ TRINITATIS nomine: quartum in eo amore, quo cælica mater & virgo tenerrimo suo filio lesu pomum præbuit edendum: idemque frustum non circumcisum manducabat, quod pueruli eo pacto soliti sint poma edere. Atqui à natiuitate

vt à pomis  
abstinuerit.

OIL

45

rate Domini & aliquamdiu postea quartum hoc frustum capere volebat, offerens illud in sua meditatione virgini intemeratæ, ut ea suo id præberet filiolo, cuius amore interim ipse eo carere vellet. Si quandoque in cibum aut potum fuisset avidior, coram sponsa sua reuerenda erubescibat. Si verò quicquam ex his in mensa fuisset prætergressus, ipse sibi mulctam irrogabat. Venit quandoque ad eum peregrinus quidam, dicens in quadam visione diuinitus iussum se esse, ut si quidem ordinatum vellet habere prandendi modum, ad ipsum accederet, & eius exercitia ac instituta sibi aperiri mandaret.

*Vt annum nouum exceperit.*

CA P V T X.

**I**N Suetia, vbi ipse oriundus erat, quibusdã locis ipsis Calendis Ianuarij solent adolescentes stolidi noctibus vagari, & ambire à feminis quas amant, sertum quoddam, id est, cantilenas depromunt, & dulcia edunt carmina ac modulos quosdam, aguntque quanta maximè possunt arte & industria, ut amicæ suæ quandam ipsis coronam præstent. Quod nimirum cum ipse audisset, iuuenili animo eius erat gratissimum, atque eadem nocte etiam ipse suam accedens amicam, petijt ab illa sertum sibi donari. Enimverò ante Solis ortum imaginem adijt virginis matris, tenerrimum filiolum suum ad pectus blande stringentis, & inibi flexis genibus tacita dulcique cordis modula-

modulatione cœpit decantare Sequentiam de  
 eadem Virgine, orans ipsi copiam faceret à suo  
 filio coronam impetrandi, & sicubi ipse minus  
 posset, ipsa suppleret. Fuit id ei frequenter ob-  
 eò ferium, tantaque etiam plorandi necessitas  
 eum incessit, vt feruentes per ora lachryma  
 decurrerent. Cantatione ea absoluta, vertebat  
 se ad vnice dilectam Sapientiam, eiusque pe-  
 bus se aduoluens ex profunda cordis abyssu  
 salutabat, multaque laude efferebat eius pi-  
 chritudinem, generositatem, virtutes, tenaci-  
 tudinem, libertatem cum æterna dignitate ob-  
 iunctam, longe supra quaslibet quantum  
 formosas mundi huius puellas in ipsa existi-  
 tes. Id verò agebat cantu, verbis, cogitationibus,  
 desiderijs, vt melius poterat: simulque opera-  
 bat, vt omnium amantium cordium spiritali  
 quodam modo ipse velut prænunciatus, cunctis  
 rumque ex amore prodeuntium cogitationum,  
 verborum & sensuum, tanquam sinus quidam  
 esset & congeries, vti vel sic ipse alioqui indig-  
 nus, dignissimam Sapientiam satis laudare  
 posset. Ad extremum ita ait: Tu tamen o ami-  
 ca præclara iucundum es Pascha meum, tu cor-  
 dis mei vernans æstas, tu hora gratissima: ma-  
 mica illa dulcissima, quam solam amat & spe-  
 rat iuuenilis animus meus, cuiusque gratia o-  
 mni caduco renunciauit amori. Quæso suauis-  
 sima id mihi prodesse velis, liceatque à te ho-  
 die fertam coronam adipisci. Præsta id mihi,  
 obsecro, benignissima per diuinam liberalita-  
 tem, per ingentem bonitatem tuam, neque ma-  
 sinas hac ineuntis anni prima die vacuum are  
 recedere. Neque enim id te decebit suauissima  
 dulce

OIV  
 45

dulcedo. Memineris oro quēdam fidelem fer-  
uum tuum de te testari, non inueniri apud te  
Etiam & Non, sed non nisi Etiam atque Etiam.  
Age igitur cordis mei dulcedo, prebe mihi ho-<sup>2. Cor. 13.</sup>  
die celesti munere seruum iucundum & ama-  
bile, vt quemadmodum vrsanis mundi amo-  
toribus datur corona quādam factitia, ita ani-  
mę meę hac die xenij vel strenę loco singula-  
ris quādam gratia, aut quippiam noui luminis  
gratissimis manibus tuis, & suauissima Sapien-  
tia exhibeatur Hunc in modum orare consue-  
uit, nec vnquam spe sua frustratus abscessit.

*De verbis, Sursum corda.*

CAPVT XI.

**S**ciscitabantur quādoque ex eo amici, quid  
sibi haberet propositum cum Missam ca-  
neret præcipuē quando ante Canonem in-  
ciperet Præfationis ea verba, Sursum corda:  
quorum mens est, corda omnium ad DEVM  
suspirare debere. Hęc enim verba tanto cum  
effectu pronunciabat, vt qui audirent, Speciali  
quadam pietate ac deuotione permoueri pos-  
sent. His ita suauiter respondet: Cum verba  
memorata in Missa canere consueui, plerumq;  
corde & anima præ Dei flagranti desiderio,  
quod id temporis cor meum extra sese rapuit,  
colliquescebam. Siquidem tres sublimes sur-  
sumque impellentes in me intentiones existe-  
bant, ex quibus nonnunquam vna sola quan-  
doque duę, interdum omnes sese offerebant,  
atque per has ferebar ipse & rapiebar in Deum  
H h & per

*Sursum cor-  
da: quid ea  
verba signific-  
cent.*

*Intentiones  
quę quales,  
& quot.*

- I. & per me creaturæ omnes. Prima intentio illucescens intentio hæc erat: Statuebam oculos internos meipsum totum quantum sum, cum anima, corpore & cunctis viribus meis, & circum me collocabam creaturas omnes vnquam à Deo factas in cælis, in terra, in elementis, singulas quasque nominatim, per aues cæli, feras syluestres, pisces aquarum, herentia & gramina terræ, & arenam maris innumerabilem, atque atomos omnes in Sole radijs volitantes, itemque cunctas aquas guttas ex rore, ex niue, ex pluuijs natas ac nascituras noueramq; ex his singula quæque cum suo sono quasi citharæ cuiusdam egregie canentis ex intimis cordis mei medullis sursum ferri, nouasque & præcellas longè amantissimo & suauissimo Deo à fine vsq; ad finem laudes decantare: tum verò magno cum desiderio erga innumeram creaturarum omnium frequentiam animæ meæ brachia sese extendebant, et mente ac intentione, vt eas omnes inibi diuine laudis fecundas efficerem: haud secus quam ingenuus & cordatus præceptor socios cantores inuitat, vt psallant hilariter, & corda sua sursum ad Deum erigant, dicens: SVRSUM CORDA. Altera intentio erat eiusmodi: Reuocabam in mentem meam cor meum, itemq; mortaliū omnium, cogitabamq; quid gaudij & voluptatis, quid amoris & pacis obtineant, qui corda sua soli Deo dedunt: contraque quid detrimenti & molestiæ, quid crucis & perturbationis amor rerum labentium efficiat in sui sectatoribus, sicque magno affectu tum meum, tum cæterorum omnium vbiq; terra-

rum degentium corda compellebam hoc modo: Agedum emergite tandem corda miseræ captiuitati addicta ex morte vitiorum: agedum exurgite corda vana & dissoluta ex negligētis & delidiosa vitæ vestræ ignauia ac tepore, erigite vos sursum cum integra & ab omnibus absoluta conuersione ad omnipotentem Deum: SVRSVM CORDA. Tertia intentio erat amica quædam commiseratio & dolor erga omnes bona voluntate præditos & tamen irrefignatos homines, qui in seipsis miserè aberrant, & erroribus impliciti sunt, ita vt nec Deo, nec creaturis potiantur, eò quod cordibus huc illucque per res temporarias vagentur & dispersi sint. Hos omnes meque simul ad fidem & imperterritam nostrî periclitationem cum perfecta à nobis ipsis & creaturis omnibus auersione coniunctam prouocabam, dicens, SVRSVM CORDA.

*Vt virginis Matris Purificationem  
celebrârit.*

## CAPVT XII.

**A**Duentante beatissimæ MARIÆ Purificationis solennitate, triduo ante precibus quandam cælesti illi puerperæ fingebat cadelam, eamque tergemina, id est, triplici contortam funiculo, quorum primus erat in honoré integerrimæ virginitatis, Alter in honorem immensæ humilitatis, Tertius in venerationem maternæ dignitatis illius: quibus ea inter mortales omnes peculiariter effulgit

Hh a Hanc,

III.

Hanc, inquam, spiritalem candelam tribus  
 re diebus conficiebat, quolibet die dicens  
 Magnificat. Vbi verò dies ipsa Purificatio  
 aduenisset, manè priusquam quisquam templi  
 adijisset, ipse ad summum accedens altare, in  
 in sua meditatione sacrosanctam præstolaba-  
 tur puerperam, donec cum cælesti pignore  
 adueniret. Quà ad exteriorem vrbis portam  
 appropinquante, omnes alios cordis sui affe-  
 ctu antevertens, illi procedebat obviam cum  
 tota omnium Dei amantium cordium cetera.  
 In ipsa autem platea currebat ad eam, rogans  
 ut parumper cum suo comitatu subsisteret, ut  
 aliquod ei canticum depromeret. Mox spirita-  
 li tacitaque modulatione, ita ut labia quidem  
 mouerentur, & vox tamen penitus non au-  
 dieretur, concinebat Profam illam, Inuiolata,  
 idque quoad potuit longè amantissimè, flecte-  
 batq; illi ceruicem medullitus, cum diceret  
 BENIGNA, Ô BENIGNA: obsecrans ut pi-  
 ssumam benignitatem suam in miserum pecca-  
 torem declararet. Deinde surgens, sequebatur  
 eam cum spiritali candela sua eo affectu & de-  
 siderio, vti ne sineret vnquam ardentem diu-  
 ni flammam luminis in ipso extingui. Deinde  
 vbi ad cunctorum Dei amantium concionem  
 peruenit, inchoabat canticum illud, Adorna  
 thalamum, &c. admonebatque eos ut Seruato-  
 rem digne exciperent, & eius matrem puerpe-  
 ram cupide complecterentur, sicque cum lau-  
 dibus & carminibus ad templum eos deduce-  
 bat. Postea ingenti desiderio, priusquam virgo  
 puerpera ingrederetur, & S. Simeoni Saluato-  
 rem traderet, accedens ipsam sacratissimam  
 virginem



virginem, flexis genibus, ac sursum erectis oculis & manibus precabatur eam, ut sibi puerulum ostenderet, & ipsi oscula imprimere peteret. Quod cum illa placide permitteret, vlnas suas vnaque amplissimos orbis fines extendens, charissimū animę suę sponsum breui horula vel millies excipiebat & amplexabatur, adspectabat niueos eius oculos, & manus teneras, osculabatur os suauissimum, & cuncta cęlestis illius pignoris membra infantilia: Contemplans erectis oculis præ admiratione in corde suo plorabat, stupens nimirum cęli opificem tam immensum & modicum, tam speciosum in cęlis, & puerilem in terris esse: atque interim cum illo sese occupabat ita ut ab illo mouebatur, cantando, lachrymando, spiritalibus vacando exercitijs: ac deinde matrem illum reddens, cum illa intrò ingrediebatur, donec essent peracta omnia.

*Vt Bacchanalia peregerit.*

CAPVT XIII.

Sabbatho ante Dominicam Septuagesimę, quo Alleluia intermittitur, & homines mundani plus solito ob imminencia Bacchanalia incipiunt esse amentię dediti, ipse in suo corde cęlestia sibi Bacchanalia cępit instruere in hunc modum: Cogitabat primum momētaneam ac pernicipialem carnalium Bacchanalium voluptatem, atque ut plerique pro breui delectatione diuturnis implicentur calamitatibus & miserijs: orabatque psalmum 50.

Hh 3

Miserere

Miserere mei Deus, &c. in honorem prænotatis Dei pro cunctis peccatis, iniurijs & contumelijs, quæ illo petulantissimo tempore ei inferrentur. Hæc autem Bacchanalia Rusticorum appellabat, ut qui nihil melius nouerint. Sed præludia illa cælestis vitæ meditabatur, in Deo cum amicis suis in hoc etiam dum mortalitatis corpore per consolationes diuinas quod iudat: moxque quicquid ipse eiusmodi expertus esset, multa cum gratiarum actione & laudibus commemorans, in Deo ac Domino suo delectabatur. Eodem conversionis suæ tempore spiritale quoddam carnis priuilegium illi diuinitus præstitum fuit, quod eiusmodi erat: In ieiunijs Bacchanalibus ante completorium in hoc pocustum calidum sese receperat, quod se calidum faceret: admodum enim frigore & fame laborabat: sed longe infestior illi sitis erat, quantum patiebatur. Cumque cerneret alios uicinis carnibus & potare vinum, se interim fame confectum, intus se moueri sentiens, foris mox abiit, miseransque seipsum ex alto corde traxit suspiria. Eadem uero nocte in uisione esse sibi uidebatur in ualentinario quodam audiuitque foris cælestem concinere cantilenam, tanta uocis suauitate, ut nulla possit citharæ æquiparare melodiam: eratque uox tanquam pueri scholastici annorum duodecim. Igitur oblitus idem Sapientiæ Minister cibi ac potus, melodiam hanc arrectis hauriebat auribus, sentiens magnam cordis æstus. Ecquis cantat foris: quidem in terris nunquam melos eiusmodi percepi. Respondit illi eximia forma adolescens, qui tum fortè aderat: Noueris melodiam hanc

OIV

45

puerum tibi modulari, teque hoc cantandi officio spectare. Ait Minister: O si mei meminerit Deus. Oro te caelice adolescens, iube illum amplius canere. Rursus ergo cantare coepit altissimo vocis sono, absoluitque tres integras planè caelestes cantiones. Quibus finitis, puer ille, ve ipsi videbatur, per aëra accessit ad domicilij illius, ubi erat Minister, fenestras, porrexitque ei ramusculum rubentibus admodum confertum granis similitudine fragorum. Tulit autem adolescens ante dictus ramusculum è manibus pueri. Latusque eum obtulit Ministro cum his verbis: Age mi frater & consodalis, cape rubros hos fructus à tuî amantissimo Domino, hoc ipso speciosissimo adolescentulo regis æterni filio, quem hætenus cantantem audisti, tibi dono datos. O quantopere is te amat. His auditis, frater ille præ gaudio, rubore vultus infusus, excepit hilariter sportellam cum fructibus, aitque: O me felicem, cui tam optatum contingit munus à præclaro diuinoque hoc adolescentulo, quod me sane non potest non perpetua animi exultatione afficere. Versusque ad adolescentem reliquosque beatos spiritus illic præsentem: Amici, inquit charissimi, æquumne est gratiosum hunc & caelestè iuenculum à me impense amari? Meritò profectò mihi diligendus est: atque si mihi gratissima illius esset perspecta voluntas, eam modis omnibus exequerer. Conuertitque se ad memoratum adolescentem, & ait: Dic mihi charissime, rectène tibi sentire videor? Subridens ille suaviter: Planè, inquit, rectè sentis, ac iure illi amare debebis, qui te præ multis alijs benignius

gnius spectat & amat. Quamobrem ingenti il-  
lum fac amore prosequaris: adeoq; certum ha-  
beas etiam pro multis alijs duriora te deinceps  
perpeti oportere: simulq; præpares te. At ille  
Faciam id libentissime: precorque vt mihi il-  
lius visendi copiam obtineas, quò gratias illi  
agam pro ipsius præclaro munere. Perge, in-  
quit adolescens, ad fenestram & prospice. Appo-  
ruit ille fenestram, & ecce vidit illic puerum  
scholasticum tantæ venustatis, vt non sic illi  
vnquam quisquam visus similis: cumque vel-  
let per fenestram ad illum egredi, blandè illi  
inclinans suauiter illi benedixit, & euestigio  
ab eius euanuit oculis. Sicque visio illa finita  
est. Redditus sibi ipsi, gratias egit Deo pro eius-  
modi diuinis Bacchanalibus ipsi præstitis.

*Vt ineuntis Maij diem primum exceperit.*

CAPVT XIV.

**N**Oste illius diei, quæ mensis Maij caput  
est ac initium, pro more suo spiritaliter  
quendam, eumque visentem ramum sibi  
reponens, aliquam multo tempore singulis  
diebus eum venerabatur. Inter omnes autem  
quæ vnquam creuerint, quantumuis amœnitas  
frondes, non potuit vllam inuenire vernantio-  
rem præclaro sanctæ crucis stipite, qui gratia  
& virtutibus atque omnigeno decore illustri-  
or est, atque vernantior, quàm vllæ vnquam  
arborum frondes. Sub hac igitur arbore sex, vt  
dici solet, capiebat venias, ad singulas qualquam  
in sua meditatione singulatim desiderans or-  
nat

nare mysticam hanc frondem, idque rebus elegantissimis, quæ vernans posset proferre æstas. Dicebatq; & canebat intra sese hymnum, Salve crux sancta, &c. addens etiam hæc: Saluæ cælestis arbor salutis perpetuæ, in qua creuit fructus æternæ Sapientiæ. Primo quidem in tui perennem ornatum pro cunctis rubentibus rosis offero tibi amorem intimum. Secundò, pro cunctis humi repentibus violis humilem subiectionem. Tertio, pro cunctis suaveolentibus lilijis purissimum complexum. Quarto, pro omnigenis grati coloris ac virentibus flosculis, quos vlla vspiam sylua, pratum, saltus, arbor, nemus, campus hoc amœno vere protulerit, vel vnquam extiterint vel existent, spiritale cordis osculum. Quinto, pro cunctarum in aëre hilariter volitantium auium cantu, quem illæ vnquam in quibusuis arborum ramusculis deprompserint, animæ laudes inexhaustas. Sextò, pro cuiusuis generis ornatu, quo vllus vnquam verni temporis ramus virens prædicus fuit, cor meum hodie spiritali te cantico extollit, obsecrans, vt tu arbor benedicta mihi auxilio sis, quò in hac vita momentanea ita te laudare merear, vt te ipso fructu vitali perenniter frui dignus sim. Hoc pacto Maij initia celebrabat.

*De miseranda crucis deportatione, quam ad Christi crucifigendi similitudinem imitari solebat.*

## CAPVT XV.

**D**Eus omnipotens initio cælestibus consolationibus multo eum tempore recreauit,  
Hh 5 quibus

quibus is adeo fuit oblectatus, ut quicquid  
 diuinitatem pertineret, ei esset iucundum  
 delectabile: si verò eius passionem commemo-  
 rare, atque ad eius imitationem se componere  
 deberet, amarum & difficile ipsi videretur.  
 Vnde illum quadam vice Dominus grauius  
 obiurgauit, aitque illi: Itane ignoras oblitus  
 me esse, per quod omnes veri Dei amici  
 gredi debeant, qui velint beatitudinem as-  
 pici? Placè necesse est per afflictam humani-  
 tatem meam illi te conformando penetrare  
 modo ad nudam velis diuinitatem meam  
 uera pertingere. Territus ille quidem fuit  
 sermonibus, at tamen conabatur illis quae  
 tumlibet sibi molestis animum intendere, co-  
 pitque discere quod ante nescierat, atque an-  
 mo resignato totum se diuinæ permisit volun-  
 tati. Ex hoc igitur tempore, singulis noctibus  
 post peractas preces matutinas loco solito, qui  
 erat in domo, ut vocant, capitulari, seculi  
 Christi formem quandam exercebat compas-  
 sionem eorum omnium, quæ Dominus Iesus  
 pro ipso perpeffus fuisset. Ambulabat de angu-  
 lo in angulum, ut torporem omnem excu-  
 ret, essetque in Dominicæ Passionis sensu  
 experimento vigilantior. Cæpit autem cum  
 Christo ab ipsa coena vltima, transfugit  
 cum illo de loco in locum, donec eum ad Ple-  
 tum adduceret. Ad extremum assumptum  
 coram tribunali morti addictum, egit cum  
 illo miserabile illud deportandæ crucis iter,  
 quod idem Dominus Iesus à tribunali ad mor-  
 tem vsque Caluarie confecit. Hoc autem cre-  
 dis iter hac ratione inchoauit. Vbi ad domum  
 Cap-

Ioan. 10.

Qua via ad  
 nudam Dei  
 diuinitatem  
 perueniatur.

Iter crucis.

Capitularis vestibulum venisset, flexis genib.  
 primò Domini sui vestigia osculabatur, ad  
 mortem damnati, seque vertentis, & ad sup-  
 plicij locum properantis. Dicebat hic Psalmù:  
*Deus Deus meus, respice in me,* &c. atq; ita per o-  
 sium in cœmeterium siue ambitum cœnobij  
 procedebat. Finxerat autè ipse sibi plateas qua-  
 tuor, per quas erat iturus cum Domino suo.  
 Per primam gradiebatur cum illo ad mortem  
 hoc desiderio, quod & amicos & facultates ac  
 bona temporaria veller deserere, atq; in Chri-  
 sti laudem exilium omni consolatione desti-  
 tutum ac voluntariam paupertatem perpeti.  
 In altera platea proponebat contemnere ho-  
 nores ac dignitates temporales, ac vltro neo  
 Mundi totius despectui studere, cogitans Do-  
 minum suum vermem & non hominem, op-  
 probrium hominum & plebis abiectiõne suis-  
 se. In tertiæ plateæ capite iterum curuabat ge-  
 nucum humi exosculatione, liberè illic renū-  
 cians omni non necessariæ quieti, commodi-  
 tati & fomentis corporis, idq; in honorem ex-  
 cruciati corporis tenerissimi Domini Iesu, re-  
 uocans inibi ob oculos, vti scriptum est, exatu-  
 isse sicut testam virtutem eius, & in puluerem  
 mortis deductum eum esse. Cumque eum ante  
 se miserandum in modum satellites impelle-  
 rent, cogitabat iure meritoq; cunctorum oculis  
 lachrymas & cordibus gemitus hoc ipsum ex-  
 cutere ac exprimere debere. Ad quartâ plateam  
 veniens, in illius medio se demisit in genua,  
 tanqã si ante portam, qua erat egressurus Do-  
 minus, flecteret poplitem, procedensq; ante il-  
 lum osculato solo obnixè præcabatur, ne sine  
 ipso

Psalm. 21.

Platea mysti-  
ca.

IV.

Psalm. 21.

ipso pergeret ad mortē, sed ipsum secum mori  
 permitteret: siquidem iuxta ipsum necesse era  
 transire Dominum. Hæc verò quoad portam  
 viuum suo animo impressit, tanquam coram  
 reuera fierent: dixitq; precem illam, Aue  
 noster fili David, &c. Sicq; eum præterire sibi  
 bat. Deinde denuo submittens se in genua  
 sus portam, crucem quoque excepit cum hoc  
 versu, O crux aue spes vnica, &c. atque ipsam  
 tidem antecedere permisit. Post iterum populi  
 tē curuauit erga beatissimam virginem MARIAM  
 cali reginam, quæ immenso corde  
 dolore confecta, coram ipso ducebatur: obsec  
 uabatq; gestus eius miserabiles, feruentes le  
 chrymarum imbres, alta & miseranda suspi  
 ria, vultum ac speciem longè tristissimam, ob  
 cebatq; illi semel, Salue regina misericordis  
 vita, &c. atque eius vestigia cupide oscula  
 tur. Tum repēte exiliens, properabat post Do  
 minum suum, donec eius lateri iungeretur.

2. Reg. 16.

Quæ res quandoque per imaginationem tantum  
 illi præsens erat, ac si corporaliter ad eius latera  
 graderetur: cogitabatq; vt Dauidem regem  
 facie Absolonis fugientem fortissimi milites  
 dextris & sinistris olim fuerint comitati, & fa  
 miliariter illi adstiterint. Hic verò omnino  
 voluntatem suam diuinæ permittebat ac re  
 gnabat voluntati, nihil recusaturus, quicquid  
 ipso Deus facere vellet. Postmodum mentem  
 versabat lectionem illam Esa. Prophetæ, quæ  
 in Parasceue legitur, Domine, quis credidit au  
 ditui nostro, &c. quæ ad viuum depingit edu  
 ctionem eius ad mortem, atq; sub hac in Choro  
 ostium ingressus, per gradus ascendebat ad  
 templi

Esa. 59.



templi pulpitum. Quod cum peruenisset, coram  
 crucis imagine humi collapsus, rogabat Do-  
 minum Iesum, ne famulum suum neque mor-  
 te, neque vita, neque prosperis, neque aduersis  
 à se vnquam diuelli pateretur. Solebat adhuc  
 aliud internum crucis iter peragere in hunc  
 modum: Cum cantaretur **SALVE REGINA**, Aliud iter  
crucis inter-  
num.  
 ad Completorium, suo in corde meditabatur  
 tanquam etiam dum virgo sacratissima ad filij  
 sui sepulchrum materni plena doloris versa-  
 retur, iamque tempus adesset, quo illam oportet  
 reduci domum, idque ipsi faciendum in-  
 cumberet. Itaque in animo suo tres effingebat  
 venias siue humi deosculaciones, quibus eam  
 domum redaxit. Prima erat circa sepulchrum,  
 simul enim atque inchoatum esset Salve Regi-  
 na, flectebat reuerenter ceruicem animæ suæ, ac  
 spiritali quodammodo excipiebat eam in vi-  
 nas suas, plorans maternum pectus illius, quod  
 tum amaritudine, contemptu, probris & acer-  
 bilissimo mœrore completum erat, consolaba-  
 turq; eam admonitione quadam, puta quod ea  
 de causa nunc sit regina præpotens, regina mi-  
 sericordiæ, vita, dulcedo & spes nostra. Atquæ  
 vbi peruenisset cum ea ad portam Hierusalem,  
 præcedebat illam, respiciensque intuebatur eam  
 miserandum in modum in urbem ingredien-  
 tem, sacrosancto ex ruptis filij sui vulneribus  
 stillante sanguine adpersam & infectam, om-  
 nique consolatione priuatam: atque inibi  
 rursum eam cum soli feruenti deosculacione  
 excipiens ad verba illa, Eia ergo aduocata no-  
 stra, hortabatur vt bono esset animo, siquidem  
 iam omnium nostrum dignissima esset aduo-  
 cata:

cata : rogabatq; vt in amore miserabilis illius  
 adspetus misericordes oculos suos ad ipsum  
 conuerteret, & IESVM benedictum fructum  
 ventris sui ipsi post hoc exilium ostenderet  
 benignum. Tertiam denique veniam capie-  
 bat ad fores domus S. Annæ genitricis eius, ad  
 quam mœrens introducebatur: idque faciebat  
 cum quadam commédatione sui in illius dul-  
 cissimam pietatem, & piissimam dulcedinem,  
 cum verbis illis admodum deuotis, ô cle-  
 mens, ô pia, ô dulcis Maria: obsecrabatque  
 eam, vt animam suam miseram ac exulem in  
 obitu susciperet, eamque duceret ac tueretur  
 ab hostibus tartareis, & per cæli ianuam in æ-  
 ternam beatitudinem absportaret.

*De vtilissima Silentij virtute.*

CAPVT XVI.

**V**Rgebatur idem Discipulus in interiori  
 homine, vt ad veram cordis pacem per-  
 tingere niteretur: cui rei Silentium cum-  
 primis suffragari sentiebat. Quamobrem cau-  
 tam suo ori custodiam adhibuit, vt intra an-  
 nos triginta nunquam ad mensam fregerit si-  
 lentium, vna duntaxat vice dempta, quando  
 cum multis fratribus ex capitulo reuersus, in  
 nauim cum illis edebat. Atque vt linguam stri-  
 ctius domaret, nec esset ad loquendum præcep-  
 tum in sua meditatione tres sibi præceptores con-  
 stituit, sine quorum permissu singulari nollet  
 loqui: ijque erant sancti Patres Dominicus,  
 Arsenius, & Bernardus. Locuturus igitur in sua  
 cogita-

cogitatione ab vno ad alium accessit, petens  
 veniam & dicens. Iube Domine benedicere. Et  
 si quidem locutio poterat fieri cōgruo tempo-  
 re & loco, pntabat se habere copiam à primo:  
 & si ex locutione nullum foris impedimentū  
 acciperet, habebat facultatem etiam à secundo:  
 atque si nullam ex verbis intus inquietudinem  
 accipere perturbationem contraheret, iam se crede-  
 bat loquendi potestatem à tribus illis adeptū:  
 sique demum loquebatur. Sin verò aliter  
 sensisset, intra silentium sese continebat. Ad  
 portam cenobij vocatus, his quatuor nauabat  
 operam: Primò, vt vnumquemlibet beni-  
 gne exciperet. Secundò, vt paucis absolue-  
 ret. Tertio, vt consolatum à se dimitteret.  
 Quarto, vt sine vlla contagione vel affectus  
 adhesionem intrò rediret.

Quando autē  
 qui loquen-  
 dum.

Quatuor cui-  
 liber meritò  
 religioso ob-  
 seruanda.

*De corporis castigatione.*

CAPVT XVII.

**I**N adolescentia sua erat natura petulanti,  
 quæ cum vitijs titillari inciperet, sentiēs il-  
 le graue onus carnis indomitæ ac proprij  
 corporis sui admodū discruciabatur. Eam ob  
 rem multa callide comminiscens, & diris cor-  
 pus castigationibus affligens, nitebatur illud  
 spiritui subditū efficere. Cilicium & catenam  
 terrea diu tulit in corpore, donec sanguine e-  
 rumpente coactus est deponere. Iussit etiā sibi cō-  
 fisci subligaculū, & in ipso ligamina quædam,  
 quibus infixæ erant acus asperæ ceterum & quinq-  
 uaginta, eademque ærea & lima exacutæ,  
 quarum

quarum acumina semper erant ad carnem ver-  
 sa. Idem autem subligaculum valde erat an-  
 gustum, & ab anteriori parte constrictum, quod  
 tanto propius corpus attingeret, & acus acuta  
 carnem penetrarent: pertingebatque usque ad  
 umbilicum eius, & in ipso noctibus dormi-  
 bat. Aestate calida quando ex itinere defatiga-  
 tus ac viribus exhaustus, aut lectoris officio  
 perfunctus erat, in illis laboribus ita iacens  
 constrictus, ut simul etiam vermibus admitti  
 vexaretur: laxiusque in seipso contraheretur  
 & contorquebatur, & necessitate adactus  
 illuc se vertebat, perinde ut solent vermes  
 dum acu punguntur. Crebro haud aliter ab-  
 etus erat ex pediculorum infestatione, quam  
 formicis multis undique cinctus fuisset. Si  
 enim dormire cuperet, aut iam obdormire  
 set, mirum in modum mordebant ac sugentibus  
 affligebant eum. Dicere tum quandoque solent  
 Domino pleno corde: O Deus meus, quam  
 cerba isthaec mors est. Si quem latrones aut  
 ruz perimant, circa morte perit: atqui hic ego  
 ter infestus decumbens vermes & morior sem-  
 per, nec tamen possum emori. At verò numeri  
 neque noctium hybernarum prolixitate, neque  
 aestatis feruore adduci potuit, ut hinc abstin-  
 ret. Et ut minus sub hoc cruciatu sentiret  
 meti, aliud quiddam addidit: Gutturis suo  
 cum dedit partem cinguli cuiusdam, cui ante  
 duos inseruit annulos ex corio confectos, quo-  
 bus manus insertas & brachia inclusit seris clo-  
 bus, quarum claves ante lectum posuit. In  
 re quodam, donec ad preces nocturnas surgens  
 seipsum absolueret. In his vinculis brachia  
 etiam

eius ad guttur sursum versus ita extensa, eadē-  
 que vincula aded obfirmata erant, vt etiam si  
 cubiculum eius totum conflagrasset, non posset  
 sibi ipsi ferre suppetias. Tandiu hæc continua-  
 uit, donec manus ac brachia ex ea constrictione  
 admodum tremere inciperet. Tum demum  
 aliud excogitauit: Chirothecas duas ex corio  
 sibi confici curauit, qualibus vtuntur rustici  
 vel opifices, dum vepres ac sentes extrahunt,  
 his ab artifice quodam æreos ac præacutos o-  
 mni ex parte insit clauiculos infigi, arque ita  
 eis noctibus inferebat manus. Fecit id ea causa,  
 vt si fortè in somno voluisset remouere cilici-  
 num subligaculum, aut quouis alio modo ipse  
 sibi opitulari, dum à fœdis illis roderetur ver-  
 nibus, clauiculi illi carnem eius compunge-  
 rent: quod & factum est. Si enim non nihil sub-  
 sidij adferri sibi tentasset, inter dormiendum  
 cum acutis illis clauiculis pectus confricans,  
 tam atrociter seipsum lacerabat, ac si vrsi cu-  
 iusdam vnguibus fuisset discerptus, adeo vt et-  
 iam in brachijs & circa cor eius caro intumes-  
 ceret. Quibus post multas hebdomadas curatis  
 vulneribus, denuo se confricans dilacerabat.  
 Hoc genus acerbi valde exercitij, immò mar-  
 tyrj, sedecim annis prosequutus est. Quibus  
 exactis, cum natura eius frigesceret & miserè  
 contraria foret, die sancto Pentecostes cæle-  
 stium spirituum iucunda visio illi apparens,  
 certiore eum reddidit, nolle Deum vt  
 diutiùs id retineret. Tum ilicò desi-  
 stens, in flumen cuncta  
 proiecit.

**P**Ræ alijs quibuslibet exercitijs, cupide  
modum trahebatur, vt aliquod suo  
corpore gestaret signum sensibilis con-  
sentia erga acerbissimam crucifixi Domini  
passionem. Effecit ergo ipse sibi crucem liga-  
tam, longitudine palmi virilis, & congrua  
rudine, eique infixit clauos triginta in hono-  
rem vel memoriam omnium vulnerum Chri-  
sti, quibus in nos suum est testatus amore.  
Hanc crucem in dorso inter scapulas exten-  
dit in ipsa carne, & annis octo noctes atque die-  
bus iugiter eam tulit in laudem crucifixi Domini  
sui. Deinde extremo anno etiam acus septem  
eidem impressit, quarum acies per mediam  
egit crucem, cui firmiter in hærebant: reliquam  
partem acuum superius refecabat. Harum  
entationem acuum pertulit ob honorem  
tissimi doloris, quo virginis matris cor & ani-  
ma in filij morte penitus confixa fuere. Quo-  
do hanc crucem primum nudo suo corpore  
adstrinxit, tenera eius natura exhorruit: quam  
ob rem ad saxum clauorum aciem paululum  
retudit: sed ilicò hac neuiquam virili molli-  
tiaz victum se dolens, denuò eos omnes  
exacuit & ad corpus applicauit. Eas quidem  
dorsi partes, vbi ossa extabant, crux ipsa sacro-  
ficabat, cruentumque eum reddidit & lætit:  
bicumque sitie ambularet siue recumberet, vi-  
debat sibi hericij exuuijs operi. Si quis eum  
imprudens eo loci vel tetigisset vel trussisset, de-  
debat

debat illum. Vt vero crux eadem ipsi esset tolerabilior, salutiferum IESU nomen illius tergo insculpsit. Hac cruce lōgo tempore bis quotidie se flagellabat hoc pacto. Pugno crucem tundeat, moxque clavi in carnem adacti ad eum infigebantur, vt cum vestibus eos cogeretur extraheret. Fecit autem hæc ad eum rectè & prouide vt nemo facile id posset animaduertere. Primo se flagellabat in hunc modum, quando in sua meditatione ad eam peruenit columnam, vbi Dominus suus præ filijs hominum forma speciosus, tam immaniter fuit virgis & flagris cæsus, rogabatque eum vt suis vulneribus ipsius vulnera sanaret. Secundo flagellabat se, vbi cum Domino suo venit ad crucem, eique is clavis affixus fuit, ad quam etiam ipse se clavis adstrinxit, eo animo, quod nunquam ab illo vellet separari. Solebat etiam tertio se hac ratione cedere, sed non nisi quando nimium sibi inordinatæ delectationis indulgisset in capiendo cibo, vel potu, vel eiusmodi alijs. Quodam tempore ex quadam negligentia virginum duarum in loco publico ipsi coram alijs multis assidentium manus arripuit ac tenuit, nihil penitus mali cogitans aut spectans. Sed huius incuriæ citò eum valdè penituit, putabatque eam rem minimè inultam abire oportere. Cum ergò discessisset à virginibus, & in suum venisset sacellum ad locum quendam secretum, pro errato illo cecidit sese in crucem, ad eum vt acuti clavi dorso eius infingerentur. Ne hoc contentus, insuper excommunicauit seipsum, vt non auderet ingredi post matutinas preces in domum capitularem ad consu-

Qualiter se  
flagellauerit  
sulo & quan-  
do.

Delectatio  
quæ in suso-  
ne, qualiter  
expiata fu-  
erit.

tum orationis suæ locum, seseq; iungere angelicis spiritibus, qui illic meditati præfentes adesse solebant. Postea verò cum pro hac culpa se penitus reconciliare vellet, multis sese poenæ dirè afflixit, procedensq; primò ad Iudicis pedes, coram illo sese cum cruce flagellavit, deinde circa medium vndiq; ad sanctos accedens, triginta vicibus sese eodem modo occidit, ita vt sanguis per humeros dimanaret. Hac ratione dirè expiavit delectationem illam quam sibi inordinatius cepisse videbatur. Absolutis nocturnis precibus, ad capitulare sacellum pergens in secretum locum suum, centies in faciem prostratus, humum exosculabatur, totidemq; vicibus flexis genib' idem faciebat, habebatq; ad singulas eiusmodi deosculationes, peculiare quasdam meditationes suas. Vnde nimirum satis afflictus fuit propter crucem. Cum enim crucem ipsam fortiter ad corpus adstringeret, propiusq; illi applicaret quæ solent ligamina vasorum, atq; cum eadem cruce humi pronus collapsus centies terram oscularetur, in ipso casu clavi eius carni imprimebantur, iidemq; cum resurgeret, rursus extraherentur, rursusq; cadenti nova infligebant vulnera, quod illi reuera magnum attulit dolorem & cruciatum. Si vno mansissent fixi loco, erat id tolerabile. Ante hanc exercitationem aliam habebat: Confecerat ipse sibi flagellum, quod scutica dicitur, idq; iusserat æneis & acuminatis hinc inde obducere aculeis, instar stylis acutis, binisq; aculei verber illud media ex parte anteuertebant, adeò vt singuli essent trifurci, qua parte corpus tangebant, vulneraque infligebant.

Nota duram afflictionem.

Flagellum Sutoris quale.



gerent. Huiusmodi ergo flagello confecto, ante nocturnas preces surgens ad Chorum templi ibat coram venerabili Sacramento, & sese acriter cædebat aliquam multo tempore, donec id ad fratrum notitiam peruenisse sentiret, quo cognito, cessauit. Ipsi D. Clementis ferijs, quibus hyems aduentat, quadam vice generalem fecit confessionem, cumque noctis adessent silentia, in suo se cubiculo includens, nudatum corpus vsq; ad cilicinum subligaculum simulque brachia & crura aculeato flagello suo vsque adeo cecidit, vt sanguis haud secus ex eius corpore decurreret, quam si ferro sacrificatum esset. Erat in illo flagello recuruus quidam aculeus, vnci specie, qui quicquid apprehendisset carnis extrahebat. Percussit tum corpus suum tam pertinaciter, vt flagellum in tres scissum partes, vna cum aculeis ad cubiculi parietes volitaret, atque vna pars in eius remaneret manibus. Stans igitur illic totus cruentus, ac seipsum intuens, videbat miserandam sui corporis speciem, aded vt sæpius quodammodo Christo crudeliter flagellato sibi similis videretur. Deinde ex quadam sui ipsius commiseratione fleuit acriter, atque in illo hyemis frigore, ita vt erat nudus & sanguinolentus, positus humi genibus rogabat Deum, vt sua peccata penitus aboleret. Post hæc in Dominica Quinquagesimæ iterum more suo, dum fratres essent in mēsa, suum ingressus cubiculum, postquam vestes detraxerat, immaniter se verberauit, largiter per corpus manante sanguine. Et cum duriora sibi intentaret verbera, frater quidam audito flagellorum strepitu aduenit, sicq; de-

vt se flagellauerit.

Sasonis dies  
natalitius.

stitit: ac nihilominus vt esset acrior cruciatus,  
aero & sale vulnera confricauit. Sacro die S.  
Benedicti, quo ipse in hunc miserabilem mū-  
dum fuerat editus, sub prandio in Sacellum  
um se contulit: quo obserato, sese exuens, a-  
repto flagello percutere cœpit, tetigitque in-  
nistro brachio venam cordis, quæ mediana  
dicitur, aut aliam vicinam, ex qua tum san-  
guis vbertim prorumpens, in imia per pedum  
digitos decurrebat, patimentum ipsum largi-  
ter madefaciens, moxque brachium impo-  
dio intumescens, liuidum accepit colorem.  
Vndè territus, non audebat amplius percutere.  
Eodem tempore eademque hora, cum se hoc  
pacto verberaret, sancta quædam virgo Anna  
nomine, in alia vrbe in castro quodam ora-  
tioni incumbens, in visione ducta fuit ad eum  
locum vbi se cædebat ille, visisque ictibus ter-  
rificis, nimium miserta, accessit ad eum pro-  
piùs, cumquæ iam extento brachio percussus  
erant, ipsa se interponens in suum brachi-  
um sibi visa est ictum illum recipere. Rediit  
porrò sibi ipsi, eundem ictum reperit atro li-  
ridoque colore in suo brachio designatum, quod  
que euident hoc certæ veritatis documentum  
multo tempore admodum feridè retinuit in  
suo corpore.

*De strato illius.*

CAPVT XIX.

**P**ER idem tempus antiquum quoddam ac-  
iectitium adeptus ostium, in cubiculo iuxta  
lectum

lectum suum reposuit, in eoque dormire solebat, nihil omnino habens operimenti, quo corpusculo subueniret. Texuerat autem ipsemet ex iuncis tenue oportorium, quod ostio imposuit, idque non nisi ad genua illius extendebatur. Capiti cervicalis loco supposuit fasciculum culminibus auenaceis refertum, cui alius exiguum puluinar addidit. Nihil penitus, ut dictum est, habuit eorum, quæ ad lecti usum pertinent, & ut interdum incedebat, in noctibus cubabat, hoc solo dempto, quod calceis nudabat pedes, & crasso pallio sese induebat. Erat igitur stratum hoc miserabile. Si quidem duri illi auenæ culmi glomeratim sub eius capite iacebant, atque crux acutis clavis eius dorsum compungebat. Brachia erant obliteratis stricta nexibus, & lumbos cilicinum vexabat subligaculum. Pallium nimio suo premebat pondere, & ostium erat durum ac rigidum. Iacebat itaque miserè affectus, & in trunci morem se mouere non poterat absque grandi dolore. Quod si somno pressus in crucem durius incubuisset, clavi in ossa eius impingebant: Interim crebros dabat in cælum gemitus. Hyberno tempore admodum male ipsi erat ex frigore. Pedes enim more solito extendens, nudos eos in ostio ponebat, quos frigore confectos, cum ad se retraheret, sursumque erectis genibus ad corpus adduceret, sanguis in cruribus exagitatus dire eum torquebat: ipsiq; pedes complebantur sanie, & crura intumescabant hydropici in morem: genua cruenta erant & attrita, lumbi ex cilicino subligaculo luridi ac vlcerosi. Dorsum sauciabat crux

Qualiter eubuerit dormiturus.

Causa cur se-  
se tantopere  
affixerit.

Vt vel in ma-  
ximo etiam  
frigore ab i-  
gine abstinue-  
rit, & quam  
diu.

Paupertati ac  
castitati vt  
tuerit studio-  
sissimus.

corpus exhaustum erat rigore nimio, fauces si-  
ti arescebant, manus præ virium defectu tre-  
mor obtinuit, atque in his cruciamentis noctes  
exigebat & dies. Ferebat autem hæc omnia et  
ingenti ac intimo æternæ Sapientiæ Domini  
nostri Iesu Christi amore, cuius acerbissime  
passioni sese non nihil conformare volebat.  
Tandem relinquens hoc in ostio cubandi ex-  
ercitium, in cellulam quandam commigravit,  
cuius sella, in qua alioqui sedebatur, strati loco  
vsus est. Erat autem tam angusta & brevis, vt  
ea se extendere non posset. In hoc igitur ergo-  
stulo atque in ostio ante dicto annis octo som-  
num capturus recubuit cum solitis ligamine-  
bus suis. Erat tum illi in more, vt post Cople-  
torium, quando in cœnobio degebat, in hypo-  
caustum vel ad fratrum fornacem se non rec-  
peret causa corporis calefaciendi, quantum  
acre sæuaret frigus, idque annis viginti quinque  
obseruauit, nisi forte quandoq; alia ex causa  
ire debuisset. Iisdem annis nunquam balneum  
vsus est, nunquam pedes lauit propter leuandam  
delicati corporis sui incommoda. Deinde hæc  
se continuit, vt æstate iuxta ac hyeme non nisi  
semel in die ederet, nec solum à carnibus, sed  
etiam piscibus & ouis abstineret. Multis annis  
tantam dedit paupertati operam, vt neque  
permisso, neque sine permisso vllum vellet nu-  
mum recipere vel atrectare. Non parum mu-  
lto tempore vsque adeo studebat cordis & cor-  
poris puritati, vt nulla corporis parte sese vel  
fricare vel contingere vellet, præterquam in  
manibus & pedibus.

## De potus parsimonia.

## CAPVT XX.

**Q**uodam tempore molestissimum susce-  
 pit exercitium, præfigens sibi ipsi exigua  
 sane potus capiendi mensuram: cui vt  
 minus vel foris vel domi admisceret huc ad-  
 deret, confecit eiusdem capacitatis poculum  
 paruum, idq; exiens foras secum tulit. In mag-  
 na siti non nisi quoddam aridi sui oris erat re-  
 frigerium, ac si agrote magno ardore afluant-  
 i pauillum liquoris instilletur. Deinde ad-  
 modum diu vino abstinuit, solo Paschatis die,  
 in tanta solennitatis honorem, eius vsum sibi  
 permittens. Cum iam siti eiusmodi diu labo-  
 raret, nec tamen præ animi rigore, neque aqua  
 neq; vino sibi mederi vellet, simulq; miseran-  
 dum in modum in cælum respiceret, contigit  
 vt quadam vice eiusmodi Dei instinctum vel  
 responsum intus sentiret: Animaduerte vt ego  
 olim mortis angoribus correptus, sitim aridif-  
 simam modico aceto & felle tolerarim, cum  
 tamen mei essent omnes fontes aquarum, vt-  
 pote à me conditi, sicut & cætera omnia in v-  
 sum ac sustentationem hominum. Ita ergo tu  
 quoque, si meis vis ingredi vestigijs, penuriam  
 & subtractionem feras moderate ac benigne.  
 Quodam tempore ante natalem Christi om-  
 nibus corporis commodis ac fomentis pror-  
 sus valesfaciens, præter communia illa diu vsi-  
 tata exercitia, tres insuper alios corporales ex-  
 ercitationes vel afflictiones assumpsit. Prima  
 ex his erat quod noctibus post Matutinas pre-

Ioan. 19.  
 Luc. 23.  
 Marc. 15.  
 Matt. 27.

I.

ces coram summo Altari stetit nudus plantis  
in lapidibus donec aduentaret dies. Idque fa-  
ciebat, quando sunt noctes longissimæ, & ce-  
tius ad nocturnam Synaxim fratres excitabatur.  
Altera erat, quod neque noctu neque me-  
terdiu ad calida accessit loca, nec ad Altare vo-  
luit manus igni calefacere: quanquam id tem-  
poris, quod esset acerrimum frigus, manus  
ius immaniter intumuerant. Post Comple-  
torium ita totus frigore correptus, in suam se-  
dem dormitum se reposuit. Post nocturnas  
preces mansit, ut dictum est, nudis pedibus co-  
ram Altari in pavimento lapidibus strato, do-  
nec appropinquaret dies. Tertia erat, quod per  
diem omni sibi potu interdixit, quam libet ve-  
hemens eum teneret sitis: sola prandij horæ  
dempta, ubi tum non patiebatur sitim. Atque  
advesperascente die, tam dira cruciabatur sitis,  
ut omnis eius natura potui inhæret: quod ta-  
men premebat ipse & obluſtabatur non nisi  
multiplici eodemque acri dolore. Os eius foris  
& intus perinde arescebat, ut solet ægris mor-  
bo correptis: lingua scindebatur, adeo ut po-  
modum vno & eo amplius anno non possit  
refici. Quando stabat ad Completorium siccus  
aridus, atque ex more aqua benedicta adasperge-  
retur, magno desiderio hianti ore ad asperge-  
lum se vertebat, si qua fortasse guttula aresce-  
ti linguæ eius præberetur, unde pauxillum ce-  
peret refrigerij. Deinde cum ad Collationem,  
ut vocant, in mensa sedens, licet valde sitibundus,  
vinum à se remoueret, nonnunquam ere-  
ctis sursum luminibus, ait: Accipe pater cele-  
stis in sacrificium sanguinis cordis mei, hunc  
vini

## II.

III.  
Ut sibi potu  
omni per diē  
interdixerit.

In aridissima  
siti quid fece-  
rit.

vini potum, & præbe illum filio tuo nimia siti  
 afflicto, iam iamque in cruce morituro. Quan-  
 doque tam acri vexatus siti, ad fontem acce-  
 dens, contemplabatur aquam leni susurrio in-  
 de scaturientem. atque in cacabum stanno in-  
 trinsecus obductum exilientem, simulque ocu-  
 los erigebat ad Deum alta imo ex pectore tra-  
 hens suspiria. Interdum plus nimio grauatus,  
 ex intimo cordis ait ad Dominum: O bonitas  
 sempiterna, *quam occulta sunt iudicia tua*, vt cum Rom. ii.  
 mihi tam propinquus sit vastus ille lacus Con-  
 stantiensis, itemque præterfluentis Rheni vnda  
 perspicua, nihilo minus hauitus aquæ vnicus  
 mihi contingere non possit. Id verò miserrimum  
 est. In hoc instituto perseverauit ad id  
 usque temporis, quo recitatur Euangelium, v-  
 bi Dominus fertur aquam in vinum commu-  
 tasset. Eadem Dominica vesperi ad mensam ioan. 2.  
 residens miseria confectus, cibum capere non  
 poterat ob sitis nimietatem. Simul autem vt  
 gratiarum actiones dicebantur, actutum pro-  
 perabat ad Sacellum suum: neque enim præ  
 afflictionis intolerabili vehementia ultra se  
 cohibere poterat: fuditque ingentē lachryma-  
 rum vim, dicens ad Dominū: O Deus æterna,  
 qui solus laborem & dolorem consideras, quā Psalm 9.  
 planè miser edictus sum in hanc lucem, vt cum  
 mihi abunde suppetant vitæ sustentandæ ne-  
 cessaria, tantam nihilo secūs, tamq̃ diram me-  
 oporteat penuriam perpeti. Sub his querimo-  
 nijs visus est sibi in anima huiusmodi audire  
 vocē: Bono sis animo, propediē diuinitus gau-  
 dio & cōsolatione afficeris. Faceffant lachry-  
 ma fortis athleta Dei, fume animum, ac probè  
 te ge-

Nimia siti  
 cōtabescens  
 vt in animo  
 solatium ac-  
 cepit.

regeras. His verbis corde ita est confirmatus, ut à lachrymis non nihil cessaret, nec tamen poterat omnino letus esse: sed simul ut lachrymarum stillæ ex oculis profluerent, intus aliquid eum ridere compellebat ob euenturum ipsi breni diuinitus iucundum quiddam & prosperum. Ita affectus. iuit ad Completorium. Quod quidem psallebat, sed corde tremulo, atq; interim videre sibi videbatur citius ab hac cruce liberatum iri: quod etiam paulo post accidit eademq; nocte id aliqua ex parte cœpit in hunc modum: In visione contuitus est virginem matrem cum puerulo IESU ea specie, qua erat spectans in terris, ad se venire, eundemq; infansculum habere in manibus poculum aqua plenum, paulò maius quam erat scyphus cœnobio vsitatus. Porro idem poculum beatissimi virginem in manus sumere, atq; ipsi offerre, ut biberet. Quod ille accipiens, auidè bibit, & pro voto sitim omnem profligauit. Ibat tum temporis in agro per angustam semitam, & ecce pauperem quandam, at honestam, sibi videtur sceminam venire obuiam, quæ cum propius accessisset, ex itinere sicco secedens, in luctum demisit, donec pertransiret. At illa se vertens ait ad eum: Quid sibi vult Domine venerande, quòd ipse quamuis sacerdotij honore praeditus, mihi inopi tanta humilitate cedere volueris, cum tamen ego potius tibi deferre deberim? Respondit ille. Equidem consueui cunctis sceminis honorem præstare ac reuerentiam, ob illustrissimam Dei matrem cæli reginam. Leuatis illa in cælum oculis ac manibus. Oro, inquit, & obsecro præstantissimam illam Dei

Visio Sufonis consolatoria

Vt Virginem Matrem in omnibus sceminis honore consueuerit.

OTW  
45



genitricem, ne ex hac emigres vita, quin pecu-  
 liare quoddam ab illa consequaris beneficiū,  
 quam tantoperè in nobis omnibus veneraris.  
 Ad quod ille, Præstet, ait, id mihi præclarissi-  
 ma ea cæli imperatrix. Paulò pòst contigit, vt  
 tametsi potus ei multiplex affatim aduisset,  
 nihil osceus pro more sitibundus à mensa ab-  
 scederet. Nocte proxima in visu cælestis quæ-  
 dam miri decoris persona illi apparens. Ego,  
 inquit, sum virgo mater, quæ nocte præterita  
 potum tibi præbui ex poculo testaceo, & quo-  
 ties iterum tam infesta cruciaris siti, ego itidè  
 te reficiam misera tui. Tum ille magna fidu-  
 cia ait ad eam: Nihil tamen virgo in emer-  
 ta in manibus habes, quo meam possis leuare  
 sitim. At illa: Potum, ait, salutiferum tibi præ-  
 bebo ex ipso corde meo manantem. Quibus  
 verbis sic ille perterritus est, vt responsum red-  
 dere non posset, vtpote qui eo se indignum pu-  
 taret. Atqui virgo sacratissima benignè eum  
 consolans, dixit: Quandoquidem Dominus  
 Iesus tam suauiter tuo se cordi immerfit, id-  
 que ariditate oris tui tam cruciabiliter emer-  
 tus es, singulari hac à me consolatione afficie-  
 ris: neque vero corporali te potu reficiam, sed  
 salutari quodam præstanti quæ ac spiritali inti-  
 mæ ac integræ puritatis. Tum ille consensit vt  
 vere, interim secum ita cogitans. Iam planè sa-  
 tis super quæ potauero, quo tandem liceat ingen-  
 tem propulsare sitim. Vbi verò cælico illo est  
 potu abunde recreatus, mansit ei in ore quasi  
 molle granum quoddam niuei coloris, cuius  
 modi manna fuit. Idque in veritatis argumē-  
 tum diu satis in ore retinuit. Hinc in ardentem  
 lachry-

Alia visio:

vt cælesti po-  
 tu siti ardens  
 fuerit recrea-  
 tus  
 Exod. 16.

lachrymas solutus, gratias egit medullis  
 Deo & eius sacratissimæ genitrici pro tanto  
 tibi ab ipsis præstito beneficio. Eadem nocte  
 genitrix sancto cuidam homini alibi moran-  
 ti sese visibilem exhibens, qua ratione porro  
 illi præbisset, significavit: hæcque addidit:  
 Vade ad filij mei Ministrum, & dice verbum  
 meis, quemadmodum literis proditum est in  
 præclaro illo Doctore Ioh. Chrystostomo,  
 quod cum puer scolasticus esset, & ante aram  
 se demitteret in genua, ubi ego ipsa in ligno  
 imagine filium meum in sinu meo lactui, per  
 eandem imaginem dixi filio, vt paulisper col-  
 faret, sineretque puerum ante dictum meam  
 herba fugere: dic illi, inquam, eandem gratiam  
 in visione ipsi quoque per me præstitam esse.  
 Atque in veritatis argumentum, si animadu-  
 teris, senties deinceps doctrinam ex sancto ora-  
 ore proficiscentem, auditu longè quàm amo-  
 hac gratiorem & feruentiorem, ac magis  
 desiderabilem. Hæc cum ad illum relata essent,  
 sublatis sursum manibus, corde & oculis, ait:  
 Benedicta sit vena perpetim scaturientis civi-  
 nitatis, itemque benedicta sit dulcissima totius  
 gratiæ mater pro hoc cælesti munere mihi  
 digno exhibito. Huius simili quiddam Lecter  
 offendet in prima parte Speculi Vincetij. Por-  
 rò idem sanctus homo etiam hæc addidit. Et  
 præterea aliud, quod tibi significem. Hac nocte  
 virgo cum puerulo suo mihi per visum appa-  
 ruit, habens in manu elegans poculum aquæ  
 plenum. Ipsa verò & puerulus honorificam &  
 benignam tui habuere mentionem. Deinde  
 mater filio obtulit poculum, rogans vt illi be-  
 nedice

Io. Chryst.  
 virg. Matre  
 lactatum in  
 pueritia fuisse.

Yino, sicut are-  
 scens suso,  
 rursum iube-  
 tur frui.

1. Tim. 5.

mediceret. Fecit ille vt mater voluit, & confestim aqua transijt in vinum: dixitque. Sufficit iam: nolo vt deinceps Minister meus hoc genus exercitij prosequatur, vt vino abstineat. Viatur posthac vino ob naturam suam exhaustam & confectam. Hac igitur illi potestate facta à Deo, deinceps (vt ante solebat) vino vsus est. Eadem tempestate admodum fractus erat ex antedictorum exercitiorum & castigationum, quibus tam multis sese afflictarat annis, nimirate. Apparuit autem Dominus <sup>IESVS</sup> cuidam amico suo, ferens pyxidem in manibus. Interrogatus ab eodem sancto homine, quid sibi vellet illa pyxide; Ex hac, inquit, morderi volo Ministro meo ægre affecto. Et ecce ipsum adijt Ministrum, aperuitque pyxidem recenti plenum sanguine, eodem tinxit, siue linxit cor Ministri, adeo vt prorsus cruentum redderetur: deinde manus, pedes, cunctaque eius membra eodem sanguine perunxit. Tum sanctus ille homo, qui hæc in visione conspiciebat: Quamobrem, ait, Domine ita eum sanguine consignas? Visne illi quinque vulnerum tuorum similitudinem imprimere? Respondit Dominus: Ita nimirum: siquidem cor totamque naturam eius cruce & afflictione signabo, eumque adhibitis medicamentis curabo, faciamque eum hominem iuxta omne cor meum. Cum igitur Minister eiusmodi duris corporis afflictionibus, quales superius partim commemorata sunt, deditam egisset vitam à decimo octavo vsque ætatis suæ anno ad quadragesimum, omnisque natura siue corpus eius plane confectum & consumptum esset, nihilque præter

visio cuiusdam  
viri sancti de  
Sapientia  
Ministro.

22. annis duris  
afflictionibus  
agitatus.

mor-

mortem superesse videretur, nisi à talibus abstineret, deinde missas illas fecit. Significatum est autem illi à Domino, eum viuendi rigoris & austeritatem, cunctaq; illa instituta & exercitia, non nisi bonum quoddam initium esse, & indomiti corporis sui mortificationem atq; edomationem: porro adhuc alia ratione eum premi & exercitari oportere, si modo rectè cum ipso agi deberet.

*Vt ad rationalem quandam vera resignationis scholam missus sit.*

## CAPVT XXI.

**P**ost hæc sedens quãdam nocte post multas precas in sedili suo, inter meditando factus est in ecstasi, putauitq; se in visu illo interno egregium quendam iuuenem supernè venientem cõspicere, sibiq; adstantem hunc in modum proloqui: Diu satis in minoribus ac triuialibus versatus & exercitatus in scholis, iam tempus est, vt ad altiora conuerdas. Agè igitur mecum perge. Equidem ad principium huius temporariæ vitæ Gymnasium te perducam, vbi præclarissimæ dabis operam scientiæ, quæ veram tibi præstabit pacem, & bona initia ad felicem deducet exitum. His illa maior effectus, surrexit. At verò iuuenis apprehensa manu eius, duxit eum (vt ipsi videbatur) in regionem quandam spiritalem, vbi erat insignis domus, habitu ac specie cœnobij cuiusdam, in quo spirituales homines degerent. In hac domo illi morabantur, qui iam dictæ scientiæ studiosi

studiosè vacabant. Ingressus autem intro, comiter ac benignè receptus & salutatus est ab illis. Moxq; properarunt ad illius Pædagogij præfectum siue Rectorem, certiores eum redentes de cuiusdam aduentu, qui se in eius disciplinam tradere, & artem memoratam perdere statuisset. At ille se faciem eius contemplari velle respondit, & quid eo sperandum foret perspicere. Viso igitur illo, suaviter arripit, aitq;: Poterit profecto hospes hic noster in insignem huius præcellentis scientiæ Magistrū evadere, si æquanimiter sese velit offerre ergastulo, in quod eum conijci necesse est. Verba hæc obscurius prolata Minister necdum intelligens, vertit se ad iuuenem illum, qui ipsum introduxerat, hunc in modum sciscitans ex illo: Dic mihi, inquit, charissime, quænam est hæc præcipua Academia, eiusq; disciplina, cuius apud me mentionem habuisti? Respondit Iuuenis angelicus: Excellētissima huius Gymnasij disciplina non alia est, quam perfecta sui abnegatio & resignatio, qua quis vsque adeo à seipso deficiat & moriatur, ut qualemcunque se illi Deus exhibuerit siue per seipsum, siue per creaturas, & tam in aduersis, quàm prosperis, semper æquabili & eodem esse animo nitatur cum abnegatione sui & quicquid ipsius est, quatenus quidem humana id potest præstare imbecillitas, solamque Dei laudem & honorem spectet: quemadmodum Christus Iesus erga cælestem Patrem suum perpetim sese gessit. Placebant ista Sipientiæ Ministro, dicebatque omninò se huic velle studere scientiæ, nec quicquam tam molestum ipsi posse occurrere, vnde ab

Kk

de ab

dè ab hac sententia retraheretur: iam quietè  
 piebat moliri domicilij cuiusdam ædificium  
 & multis sese inquietis occupare actionibus  
 Quod iuuenis prohibens, ait eam artem trã-  
 quillum & religiosum expetere otium: quo  
 toq; minùs quis ageret, eo reuerà plus eum  
 cere: de ea videlicet actione loquens, qua  
 seipsum impedit, nec purè spectat honorè  
 Hoc finito sermone, ilicò ad se redijt Minus  
 sedensq; tacitus, alta cœpit mète reuoluere  
 audièrat, aduertitq; verò prorsus esse consensu  
 nea, & quæ ipse Christus docuerit. Itaq; ipse  
 cum intus colloquens, ita ait: Inrorsus ad  
 & vide quam re ipsa tete modo deprehendit  
 vtq; cum omnibus ante memoratis exercitijs,  
 exercitijs, quæ ex tuo tibi arbitrato adhibuit  
 etiam dum irrefignatus sis ad externam sine  
 alijs irrogatam perferendam aduersitatem  
 Adhuc lepusculi trepidantis, atque alicubi  
 ter arbuscula latitantis, & ad omnem cuiuslibet  
 folij strepitum extimescentis in mortem, ab  
 liundè occurrentes afflictiones quotidie expo-  
 uescis, ad adspectum eorum, qui tibi contra-  
 rij sunt, colorem mutas: vbi emori ac succum-  
 bere deberes, fugis: vbi teipsum paratum  
 pliciter offerre, latitas. Si qui dem laudibus  
 haris, rides: si vituperaris, doles. Quamobrem  
 facile crediderim, sublimioris Scholæ exerci-  
 tationibus opus tibi esse. Mox profundo peti-  
 ris suspirio tollens oculos ad Deum, ait: O  
 Deus æterne, quam liquido veritas ipsa  
 explicata est? Heu me, quando tandem verè  
 signatus ero?

Luc. 10.

Redditus sibi  
 vt se repræ-  
 henderit.

OIV  
 45

De quibusdam molestis sui abnegationibus.

## CAPVT XXII.

POSTEAquam Deus externa illa partim ante iam dicta exercitia, quæ illi vitâ penè extinxissent, Ministrum omittere iussit, vique adeo hoc ipso delassata & exhausta eius natura exhilarata est, vt præ gaudio fieret, cum in memoriam rediret asperrimorum ligaminû ac vinculorum, & aliorum, quæ durè ac acerbè tulisset. Voluebantur tunc eius in animo huiusmodi cogitationes. Deinceps Domine Deus vitam quietam agam, mihiq; indulgebo: sitim aqua & vino propulsauero: absque vinculis in sacco stramineo cubabo: quod mihi commodi vel ante mortem præstari sæpius expectij. Satis superq; vires attriui meas: iam requies captanda est. Id genus temerariæ cogitationes, eius sensibus illabebantur: atqui nesciebat ille, quid de ipso statuisset Deus. Cumq; iam aliquot hebdomadibus huiuscemodi cogitationibus sensus eius pulsarentur ac velut recrearentur more solito residens in sella sua, mente tractabat verissimam illam D. Iob. sententiam. Militia est vita hominis super terram: Interim rursus castam patitur, videreq; sibi visus est quædam spectata forma ac virili habitudine iuuenem ad se ingredi, duasque sibi ocreas militares inferre, itemque vestes alias, quibus vtuntur strenui equites: deinde ad ipsum accedere, & vestibus his indurum: ita affari: Noueris miles, hastennis te pedibus militasse, at nunc equitem te gerere vult Deus. Intuebatur ille ocreas suas, &

Tob 7.

Visio alia estatica.

Kk a

CXXX

cum grandi cordis admiratione ait: Papae  
 quid mihi accidit, quid me factum est? Itaque  
 ques ero, qui haecenus libentius ocio & quiete  
 perfrui consuevi? Dixitq; ad Iuuenem. Quan-  
 do ita visum est Deo, vt sim equestris ordinis,  
 si quidem aliquo in conflictu vel concertatio-  
 ne id mihi dignitatis cum laude peperissem,  
 foret eo nomine mihi optatius, iuuenis auer-  
 so parumper vultu subridens. Noli, inquit, hoc  
 in parte esse anxius, satis superque multa tibi  
 prebebitur dimicandi occasio. Nimirum qui-  
 quis spiritalem ac strenuum Christi militem  
 prestare se appetit, multo illi plures immen-  
 oresque eluctandae ac subeundae erunt pugnae  
 angores, quam olim illustribus illis eximij-  
 ducibus ac heroibus, quorum res bellicas im-  
 gnesque triumphos homines mundani verbis  
 & carminibus celebrant. Persuasum tute habes,  
 Deum iam tuo te absoluisse iugo, & vincula ab-  
 iecisse: ac deinceps vacandum tibi esse commo-  
 dis & quieti. At secus multo sese res habet. Non  
 vult Deus vinculis te liberare, sed ea mutare di-  
 taxat, longeq; efficere grauiora, quam antea  
 vnquam fuerint. Territus his valde Minister,  
 ait ad Dominum: Ecquid tandem me facturum  
 es Domine? Putabam ego certamina cuncta  
 me iam superasse, & vt video, nunc demum in-  
 choanda sunt, iamq; acrius vrgeri & angimur  
 hi videor. Quid hoc sibi vult Deus meus? Solusne  
 ego peccator sum, & alij omnes iusti sunt,  
 vt in me miserum tam seuerè animaduertas,  
 caeteris parcas? Ita mecum agis ab ineunte aeta-  
 te mea, semperque iuuenile corpus meum de-  
 tris ac diuturnis excrucias morbis, videbarq;

Militi Christi  
 strenuo plura  
 maioraque  
 referuari cer-  
 tamina, quã  
 olim heroib.

Habac. i.



mihi iam multa satis perpeffus. Ait ad eum Dominus: Minimè verò: necdum fatis exercitatus es. Si vis rectè tecum agi, modis omnibus funditus vt proberis, neceffe est. Tum ille. Quæfo, inquit, Domine, quot mihi etiamdum

Gen. 15.

perferendæ fint cruces, indicare ne graueris. Cui Dominus, Suspice, ait, cælum, & fi potes innumeras numerare ftellas, poteris etiam adhuc euenturas tibi afflictiones numero complecti. Atq; vt ftellæ quâuis prægrandes sint, tamen exiguæ videntur: ita etiam cruces tuæ paruæ videbuntur hominibus non exercitatis, quas tamen tu duras & acerbis admodum experieris. Et Minister ad Dominum. Precor, inquit, cruces ipfas ante mihi significes, vt eas cognitas habeam. Ad quod Dominus. Minimè, ait, id opus est, immo verò præstat eas vt ignores, ne ante animo collabaris. At tamen ex innumeris, quas oportebit perpeti, crucibus non nisi tres commemorabo. Prima est, quod ha-

Ex omnibus perferendis tres solum illi prædicantur cruces.

Prima.

tenus quidem ipse te cecidisti manibus tuis, ac tui misertus, cessabas dum volebas: at nunc è tuis manibus ereptum alijs te absque vlla tui defensione male tractandum obijciam, vbi neceffe erit, vt in quorundam cæcutientium cordibus famæ & existimationis tuæ magnam partiaris iacturam, quæ res longè tibi erit toleratu acerbior, quam crux illa acutis referta clavis, dorso tuo fuerit. Enimuerò ex superioribus exercitijs tuis laudem & gloriam apud homines obtinuisti, atqui hîc deprimèris, planeque habebis pro nihilo. Altera est, quamuis numerosis dirisq; tete mortibus afflictaris, nihilominus Dei permiffu natura tibi permanfit

Secunda.

Kk 3 amica-

Tertia.

amicabilis, & quæ cupiat amari, sed nunc quibus in locis peculiarem quãdam fidem & charitatem aucupaberis, grandem experieris invidiam, & dirè affligeris ac vexaberis, idque tam multis modis, vt qui te sincera fuerint complexi fide & beneuolentia, iisdem tecum molestijs ex commiseratione inuoluendi sint. Tertia est, hucusque vbera suxisti velut infantulum necdum ab lactatus, atque in diuinæ dulcedinis affluentia tanquam in pelago natasti. Iam post hac ne utiquam tibi præstitero, sed præternaturali paupertate arefcere ac tabescere te sineris, & à Deo & ab hominibus derelictus, pariterque & ab amicis & ab inimicis immunitè diuexaberis. Et vt paucis multa complectar, quicquid pro tuâ consolatione & commendo molitus eris, prorsus in contrarium abibit. Fuit his verbis ita consternatus Minister, vt totus corpore contremisceret, exiliensque cum impetu, crucifixi specie se humi abiecit clamansque ad Deum lugubri corde & voce lachrymabili, precabatur, si fieri posset pro sua paternæ benignitate his ipsum calamitatibus non peteretur inuolui: sin minus id posset, æterna definitionis voluntas in ipso perficeretur. Cumque aliquamdiu his angustijs correptus, iisdemque precibus intentus iaceret, audiuit quandam intra se vocem eiusmodi. Sis bono animo: ego ipse tecum ero, efficiamque vt cuncta hæc feliciter superes ac elucleris. Surrexit ergo, seseque Dei manibus permisit. Porro mense ex oriente, cum in cubiculo suo post Missæ sacrificium sederet tristis, atque hæc animo pertractaret, simulque ob hyemis asperitatem frige-

frigore correptus esset, vocem cuiusdam intra se loquentis sensit, ipsique dicentis, vt fenestra patefacta, prospiceret ac disceret. Aperuit ille & prospexit. Ecce autem canis quidam per medium cœnobij ambitum curfitans, ore gestabat pannum detritum quo pedes obuoluuntur, mirumque illo panno ludum exercebat, modò sursum, modo deorsum eum iactitans, vnguibulque lacerans. Suspexit in cœlum Mittere, & ex profundo ingemiscens pectore, audit hæc intra se verba edi: Eodem plane modo tu quoque fratrum tuorum ore tractaberis. At ille ita secum cogitabat: Quando aliter fieri non potest, resignes tete, & vt pannus iste vexationes omnes tacitus suffert, idem ipse quoque facias. Descendit autem, tulitque pannum illum, & multis annis vt rem preciosam asseruauit, ac si quando ex impatientiæ vitio prorumpere voluisset, protulit pannum, vt eius contemplatione rediret ad sese, seque cognosceret, atque erga omnes intra silentium sese teneret. Si forte quandoque faciem ab ipsum prementibus cum quadam dedignatione auertisset, intus obiurgabatur cum his verbis: Memineris vt ipse Dominus tuus elegantissimam faciem meam non auerterim ab increpantibus & conspuentibus me. Mox ille acriter dolens, benignè ac placidè ad illos sese conuertebat. Principio si qua illi crux accidisset, hoc pacto cogitabat: Vtinã Deus bene ab hac afflictione absolutus essem. Apparuit autem illi puer Iesus in visione ipso Purificationis die, repræhensus ait. Necessè benè perpeti nō sū: equidē hoc te docebo. Cū aliqua laboras cruce, non debes illius

K.k 4 spectare

Ad quid pannum lacerum planeque vilissimum secū asseruauerit.

Isa. 50.

Cruce vel af-  
fiftione gra-  
natus quid  
spectare de-  
beat.

spectare finem, quasi tum requie sis potiturus  
sed dum crux ipsa perseverat, submittas te  
atque ad aliam æquanimitè excipiendam præ-  
pares. Sic prorsus decet. Imiteris virginem ro-  
sas carpentem, quæ non statim contenta est, vi-  
nam è sentibus decerpisse rosam, at plures col-  
ligere statuit. Ita, inquam, & tu facias. Sis amo-  
mo præparato, simulatq; præsens crux finem  
acceperit, ad aliam euestigio capeffendam. Im-  
ter alios Dei amicos, qui ipsi euenturas propo-  
diem cruces ante significabant, præcipuè con-  
dam sanctimonix virgo ipsum adijt, dicens  
in Angelorum solennitate post Nocturnas pro-  
ces multum serio Dominum pro ipso depreca-  
tam fuisse. Visa autem sibi est, vt aiebat, in vi-  
one duci ad locum, vbi erat ipse Minister: per-  
spexitq; supra ipsum excrescere rosarium la-  
& amplum ac peramcœnum, vernantibus plu-  
num rosis, iidemque rubicundis. Porro ad ce-  
lum tollens oculos, vidit Solem miro splen-  
dore nullis impeditum nubibus oriri: atque  
in ipsi radijs siue lumine pulcherrimum stans  
puerulum, forma crucifixi: cæterum ex ipso  
Sole radium quendam in ipsius Ministri cor-  
proficisci, tantæ virtutis & efficacix, vt cuncta  
eius membra & venæ omnes inflammarentur.  
Atqui rosarium illud densum rosis referunt,  
sefe interponens nitebatur ab eius pectore so-  
lis splendorem mouere & excludere: sed neque-  
bar: quandoquidem micantes illi radij magna  
vi frutices omnes penetrabant, seseq; in cor  
Ministri infundebant. Post hæc intuita est pu-  
erulum illum ex Sole prodeuntem, aitq; illi.  
Quorsum tendis bone puer? Ad mihi charissi-  
mum.

OIV

45

primum, inquit, ministrum meum. Et illa. Quid sibi vult, ait, puer dulcissime splendor ille solaris in eius pectore? Respondit puer: Tanta cor illius perfudi lucis claritudine, quod eiusdem luminis repercussus quidam ex illo erumpens, multorum ad me corda reducet ac pertrahet: neque id præpedire poterit densum hoc rosetum, multiuarias ipsi adhuc perferendas cruces significans, quo minus præclare ac excellenter in ipso perficiatur. Quando verò abstracta vita homini incipienti cum primis utilis est, consultissimum sibi fore visum est, ut in suo Cœnobio decem & eo amplius annos permaneret, ab omni hominum familiaritate atque toto Mundo separatus. Surgens à mensa, in suo se inclusit Sacello, ibique permansit, & neque ad Cœnobij portam, neque alibi siue cum sceminis, siue cum viris sermonem protrahere, aut eos adspicere voluit. Præfixerat certos eosque angustos suis oculis limites, quos excedere nõ deberent, nempe spatium pedum quinque. Sæper hæsit domi, nusquam neque in oppidum, neque in loca finitima progrediens, sed vni duntaxat sibi suæque solitudini vacans: Quæ tamen omnia nihil illi contulere, quin eodem anno tam diris infestaretur crucibus, ut & ipsum sui & alios miseresceret. Ut autem Sacelli illius soliditatem, in quam sese velut in carcerem toto illo decennio sine ferro recluserat, suauius ac moderatius ferret, precibus contendit à pictore quodam, ut Patres antiquos, & eorum sententias quasdam, itemque nonnulla alia prorsus pia, quæ hominem afflictum excitarent ad patientiam, ad parietes depingeret.

Kk 5

Ac

Incipienti vita  
tam abstracta  
quid consultissimum.

At hinc quoque Deo permittente non statim  
 voto potitus suo. Simul enim atque pictor  
 trum imagines carbone delinearat, oculis  
 borare cepit, nec potuit præ caligine  
 opus profèqui. Quam ob rem discedendi  
 petijt, afferès opus ita dimitti oportere, quò  
 reualefceret. Interrogans verò quantum  
 necesse esset temporis intercedere, dum  
 haberet, respondit, menses tres. Tum  
 eum minister scalam denudè erigere, quam  
 ascendens manus ad imagines applicuit, quò  
 que ægros pictoris contingens oculos, dixit  
 virtute DEI & sanctitatis Patrum istorum  
 cipio tibi Pictor, vt cras huc oculis omnino  
 nis reuertaris. Mane factò, lætus & incolu  
 redijt, gratias agens DEO & ipsi pro reddito  
 oculorum vsu. Atquè Minister non sibi, sed  
 sanctis Patribus, quos manibus contractare  
 hoc acceptum retulit. Videbatur illis tempo  
 bus DEVS cunctis & dæmonibus & hominibus  
 ipsum affligendi facultatem præbuisse.  
 Innumeras tum dæmonum vexationes  
 vt pote qui exquisitis ac acerbis eum modis  
 tulentissimè ac procacissimè noctu diuque  
 gilantem, dormientemque cruciarent, ac  
 maniter affligerent. Contigit quandoque  
 edendi carnes eum cupido incesseret: siquidem  
 multis annis illis abstinerat. Vt autem sum  
 ptis carnibus satisfacere desiderio, in visione  
 terrimus quidam cacodæmon coram illo  
 stens hunc recitauit versum: *Adhuc esia con  
 eram in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super  
 grauique latrato dixit ad circumstantes: Mo  
 nachus iste reus est mortis, qua ego nunc illi*

Pictoris cuius  
 dam oculos  
 manuum cō-  
 tactu suo sa-  
 nitati resti-  
 tuit.

Dæmones  
 quam ipsum  
 diu afflixer-  
 unt.

multabo. Quod cum alij nollent permittere, immanem protulit terebram, aitque ad illum: Quando aliud tibi irrogare non sinor, corpus tuum hac terebra torquebo, oreque perforato tantum tibi inferam doloris & supplicij, quantum ex carnibus voluptatis cepisti: moxque ad os terebram adegit, vnde confestim maxilla & dentes atque os adeo intumuerunt, vt toto triduo neque carnes, neque aliud quicquam per os inferre posset, quantum surgendo perciperet.

*De quibusdam vexationibus internis.*

CAPVT XXIII.

Inter alias afflictiones suas, tres internas perquam molestas pertulit. Quarum vna erat, cogitationes impiæ contra fidem. Incidebant animo illius id genus susurrria: Qui tandem DEVS potuit homo fieri? atque his similia multa, quibus quanto amplius sese volebat argumentando opponere, eò magis implicabatur. Hac tentatione annis nouem laborauit, flens interim atque eiulans oculis & corde ad Deum & sanctos omnes pro impetrando auxilio. Tandem vbi Domino visum est opportunum, penitus hac eum liberauit ingensq; illi diuinitus collata est firmitas fidei illuminata. Altera erat inordinata tristitia. Ferme continuè tanto animi pondere premebatur, quasi montè totū in suo gestaret pectore. Id illi hinc partim accidit, quod subita eius ad Deum cōuersio tā fuerat vehemens, vt corpus eius ad modum,

Cōtra fidem  
qui tentatus,  
& quamdiu.  
Inordinata  
tristitia vnde  
illi prouenerit,  
& quamdiu adhaeserit

modum inde angeretur. Hęc molestiam annis octo sustinuit. Tertia fuit, tentatio quędam illi persuadere volens, nunquam eum possibile fieri, sed eterno apud inferos cruciandum esse: quantumvis bene ageret, quantumvis sese exercitaret, non posse illi conferre, quęquam, vt ad electorum numerum pertingeret, sed omnem se operam atque oleum perdere. His cogitationum aculeis pungebatur nocte atque dies. Accedentem ad templum, aut alibi quippiam boni molientem, ista mox tentatio inuasit, satisq; miserę compellauit his verbis: Ecquid prodest tibi seruire Deo? tamen melius dictus es, nunquam tamen poterit tibi conuelli: iam maturius desine, actum est tamen de salute tua, vt cunq; te gesseris. Quę cum serueret, ita quandoque cogitabat. Heu me miser, quo me vertam? Si cucullum excussero, cur me manet damnatio, sin autem hic permanero, nec sic tamen potero salutem consequi. O Deus æternę, quis me vnquam vixit infelicio? Sciebat quandoque in seipso attonitus, crebroq; ex alto pectore trahebat gemitus, manantibus per ora lachrymis. Tūdebat interdum perterritus dicens: Itane Domine Deus perire me omnino necesse est? Quid hoc potest esse calamitosa Adeone & in isto & futuro seculo miser vti oportet? Heu mihi, quod vnquam in hanc vitam editus sum. Hanc tentationem ex inordinato quodam contraxit metu. Dicitur namq; illi erat, ad Cœnobium receptum eum fuisse pro quibusdam bonis temporarijs, quod est Simoniz vitium, vbi spiritalia temporalibus comparantur. Hoc alto illi mansit fixum pectus.

Quantum de  
speratione  
salutis con-  
sequenda fu-  
erit afflictus.

Desperatio  
hec vnde ha-  
buerit origi-  
nem.



more, donec in hanc vexationem incidere.  
 Caterum posteaquam annis decem teterrimā  
 hanc afflictionem tolerarat, atque toto illo tē-  
 pore non nisi ceu damnatum se respexerat, ve-  
 nit tandem ad virum sanctissimum D. Eckar-  
 dum Theologiæ Doctorem, cui cum suam ex-  
 plicasset molestiam, illius consilijs liberatus  
 est, euasitque ex Tartari carcere, in quo tot an-  
 nis fuerat demoratus.

Qualiter hac  
 horribili ten-  
 tatione fuerit  
 liberatus.

*Vt ad proximorum procurandam salutem  
 sese transfulerit.*

#### CAPVT XXIV.

**C**VM annis plurimis non nisi suo vacasset  
 interiori homini, itemq; silentio ac soli-  
 tudini, deinde multis reuelationibus di-  
 uinis compulsus est ad aliorum promouendā  
 salutem animum applicare. Quæ verd illi in  
 hoc officij ac pietatis genere aduersa occurre-  
 rint, neque numerum, neque modum habent.  
 Atque diuerso quam innumeras Domino lu-  
 cratus fuerit animas, quandoque ostensum fuit  
 spectatæ religionis virgini cuidam, quæ & ipsa  
 spiritalis eius filia erat. Namq; inter orandum  
 in spiritu rapta, vidit hunc fratrem in alto quodam  
 monte Missæ sacrificium peragere, atque  
 innumerabiles homines ipsi adherere, diuer-  
 sos inter se, singulos quosque vt erant Deo cō-  
 iunctiores, ita & ipsi quoq; propinquiores: quā-  
 totq; illi essent propius vniti, tanto etiam Deum  
 ipsos ad se familiarius adiungere. Adspiciebat  
 eum multum serio pro cunctis illis deprecari  
 Deum,

Deum, quem manibus tenebat. Petijt autem  
 diuinitus hanc sibi visionem explicari, quod  
 illi præstitum est, dicente ad eum Dominus  
 Innumeram hanc hominum frequentiam  
 quos illi inhærere conspicis, eos signifi-  
 cationis, qui illi consentientur, in eiusque disci-  
 plinam sese tradiderunt, aut citra hoc specu-  
 li cum fide & beneuolentia complectuntur,  
 quos omnes aded ille mihi commendauit, ut  
 vitam eorum sim sine beato clausurus, ne  
 à me vnquam eos separari patiar. Quicquid  
 autem huius causa illi vel alienæ vel sponta-  
 neæ afflictionis erit illatum, satis ab eo  
 meis consolationibus compensabitur. Antequam  
 hæc iam dicta eximia sanctitatis uirum  
 Ministrum hunc æternæ Sapientiæ agnosce-  
 ret, intus à DEO mota ac instigata fuit ad  
 videndum eum. Contigit autem, ut mentis  
 excessum patiens, per visum audiret discipu-  
 lum sibi quendam, ut eum ueniret ubi erat. Mi-  
 nister, eumque conspiceret. Quæ cum respo-  
 disse, se præ fratrum multitudine eum non  
 posse internoscere, mox dictum est illi: Hæc  
 difficile inter alios agnosci potest, quod ve-  
 nantem in capite coronam gerat, rubens  
 & albicantibus intermixtam rosas, per  
 de ut sertum rosaceum, significantque alba  
 sæ eius puritatem, & rubræ eius inter  
 tinges perperfectiones tolerantiam, atque ut  
 reus ille circulus, qui in diuorum capitibus  
 pingi solet, eorum designat æternam quam  
 DEO perfruuntur, beatitudinem, ita corona  
 hæc rosacea multiuarias exprimit afflictiones  
 DEI amicis perferendas, dum in hac vita  
 nudi

Aureus circu-  
 lus in diuorū  
 imaginum  
 capitibus  
 quid desig-  
 net.

nis exercitationibus Deo ac Domino suo mi-  
 litant. Post hæc duxit eandem virginem ange-  
 lus Dei in visione ad id loci, vbi degebat Mini-  
 ster, statimque ex corona rosacea agnouit eum.  
 Hisce temporibus, quibus dire ac multifariam  
 affligebatur, præcipua ei erat intus animi co-  
 roboratio, perpetua angelicorum spirituum  
 consuetudo & familiaritas. Quadam vice  
 sensibus externis destitutus, in spiritu se duci  
 vidit ad locum quendam angelicorum spiri-  
 tuum frequentia confertissimum, ex quibus  
 qui illi erat proximus, ait ad eum: Profer ma-  
 nus tuas & adspice. Protulit ille manum, & re-  
 spiciens vidit in media manu eximiam rubi-  
 cundo colore prodire rosam, vernantibus cin-  
 ctam folijs: adeoque rosam illam excrescere,  
 vt manum totam ad digitos vsque operiret,  
 tantamque contrahere venustatem & gratiam,  
 vt magnam oculis adferret voluptatem. Ver-  
 tit ille manus in vtramque partem, & erat v-  
 trobiue adspectus longè gratissimus. Itaque  
 vehementer admirans, ait. Quid sibi vult opti-  
 me iuuenis isthæc visio? Respondit ille. Nimi-  
 rum cruces atque cruces, itemque alias atque  
 alias cruces à DEO præstandas tibi significant  
 quatuor istæ rosæ vtriusque manûs ac pedis.  
 Ingemuit Minister, atque ô benignissime Deus,  
 inquit, tam molestant esse homini crucem, &  
 nihilo minus tantum eidem conferre de-  
 corem spiritalem, id vero admiran-  
 da quædam tua permissio ac  
 dispensatio  
 est.

Multiplices  
 ioter cruces  
 quid solum  
 in animo cõ-  
 firmauerit.

De

**Q**uodam tempore ad oppidulum quoddam venit. Porro non longè inde ab oppidulo lignea quædam imago Crucifixi, cuius constructa erat ædicula, ita ut plerisque locis esset in usu. Suetudo, rumorque ferebatur plura illic edifica-  
 racula: quam ob rem cereas imagines, multasque ceræ illuc homines comportabant, assidue debantque inibi in laudem Dei. Veniens ergo iam ipse ad Crucifixum, submisso populo, ut quoadmodum oravit, abiitque cum socio suo ad hospitium. Viderat autem eum sic orantem quædam septennis. Nocte proxima fures perfractis ædiculæ claustris ceram omnem auer-  
 puerunt. Illucescente autem die, rumor in oppidulum peruolauit, resque delata est ad curiam huius imaginis tutorem. Ille mox inquisitum cepit, quisnam id sacrilegij perpetrasset. Tum memorata puella se eius authorè sceleris nuntiavit. Quæ cum vrgeretur nomen illius prodire, Ministrum indicauit, dicens illum se pridie eius diei serò admodum illic orantem perfraxisse, atque inde ad oppidum recedentem. Puellæ verbis citius ille ut veris fidem monstrauit, atque longè & latè id mendacij propagauit, ad eò ut iam per omne oppidum rumor facile commentitijs peruagaretur, & tanti sceleris ministrum plerique reum cederent. Multa interim iniqua in eum iactabantur iudicia, quo genere supplicij quamprimum ex hominum consortio tanquam nefarius tollendus esset.

Inson sacrilegij insimulatus.

esset. Vt autem hæc ille percepit, valde extimuit, licet planè innocentem se nõsset, atque alto cordis gemitu dixit ad Deum: Quandoquidem me pati necesse est Domine, si cruces eiusmodi mihi euenire permitteres, quæ me nõ dehonefarent, ferrem eas equidem ac lubens. Atquæ ea te permittente mihi accidunt, quæ meam extinguunt famam, mihi que acerbissima sunt. Permansit autem eo in oppido, donec rediret tranquillitas. Accidit alia in vrbe, vt ingens de illo rumor percrebresceret, & nedum illud oppidum, sed etiam totam regionem peruagaretur. Erat namque in illa ciuitate Cœnobium, vbi imago Crucifixi saxea habebatur, eiusdem vt ferebatur staturæ, cuius fuerit Dominus Iesus. Quodam autem Ieiunij Quadragesimalis tempore sanguis recens circa latus vulneris eiusdem imaginis visus est. Accurrit eo Minister vna cum cæteris, vt miri illud, cõspiceret. Viso sanguine, accessit propius, & excepit illum in digitum suum, adspectantibus cunctis qui illic aderant. Factus est autem ingens populi concursus, compuleruntque eum propalam edicere ecquid vidisset & attrectasset. Dixit ille rem omnem ita vt erat, nihil definiens, vtrum diuinitus vel humanitùs id accidisset, sed id aliorum iudicio permittens. Latè sparsus est hic rumor ilicò per illam regionem, & adijciebat quisq; quod voluit, eoq; res deducta est, vt dicerent eum vltro sibi digitum pupugisse, & profluenti sanguine imaginem liniuisse, vt crederetur sua spontè manasse sanguinem, eumq; populi concursum excitasse nõ alia ratione, nisi vt suæ satisfaciens auaritiæ,

Miraculi in  
 Saxea quadã  
 imagine crucifixi Iesu.

Ll num.

vt vita dif-  
crimen Suso  
sibi intentum  
evaserit.

nummos sibi plurimos conflare. Id genus ob-  
trestrationes per hominum ora alijs in locis  
illo volitabant. Simul autem vt civibus  
oppidi isthuc delatum est, noctu compulsus  
indè profugere: at illi eum insequi coeperunt  
animo penitus perdendi eum, nisi evasisset.  
Multam verò pecuniam pollici sunt, si quis  
sive mortuum, sive viuum ad ipsos detulisset.  
Huius generis calumnia per plures de eo iate-  
bantur, & quocumque peruenissent, proventu  
habebantur: atque ea re per plures eius nomen  
execrati sunt. Creberrima in eum ferebantur  
iudicia prorsus iniqua & temeraria. Aderant  
quandoque nonnulli prudentiores, qui eum  
nòssent, ac innocentem asseuerarent. At illi  
tanta importunitate ab alijs restitum fuit, vt  
in silentio tenere, atque eius infamiam perpe-  
ti cogerentur. Honestam quædam eiusdem loci  
matrona vbi hanc illius immeritam diuina  
vexationem, miseratione ducta, venit ad illi  
afflictum, hoc ei præbens consilij, vt à Senatu  
vrbis literas publico munitas sigillo acciperet,  
quas suæ testis innocentia alio secum deporta-  
ret: præsertim cum plerique omnes illius op-  
pidi ciues, eum innocentem minimè ignore-  
rent. Cui ita respondit: Siquidem hac sola Deo  
permittente vexarer cruce, facile literis me-  
erem. Atqui eius generis tot mihi indies occu-  
runt infestationes, vt me rem omnem oportet  
Deo committere, nec quicquam reniti aut ob-  
luctari. Accidit vt quodã tempore in inferiorem  
Germaniam pro celebrando (vt vocant) Capitu-  
tulo demigraret: vbi tum iam antè illi parata  
& structa erat afflictio. Namque duo ex præci-  
pua

vt se Deo in  
omni aduer-  
sitate resigna-  
runt.

piis sui Ordinis viris eodem proficiscebantur, summòperè in eam intenti curam, vt eum gra- uiter affligerent. Adductus est corde tremulo ad iudicium, & inter alia multa etiam eo no- mine delatus est, quod (vt ipsi aiebant) libros hæresi infectos conficeret, quibus omniſ circumquaque regio deprauaretur. Hac de causa acriter obiurgatus est, multasque ei minas in- tentarunt, licet & apud Deum & homines profusus esset ab hoc vitio immunis. Neque ta- men satis fuit Deo hanc eum cruce affligi per- miffisse, sed exaggerauit etiam, corpus eius acri- bus ex cruci ens febribus, præter quas etiam vl- cus periculosum haud procul à corde in eius visceribus extitit: atque ex his tum internis, tum externis angustijs eo vsque adductus est, vt eius vitam omnes desperarent. Socius eius cre- bro eum adspectans, animæ illius exitum ob- seruabat. Itaque hunc in modum in alieno cœ- nobio lecto decumbens planè desolatus, cum non posset noctu somnum capere ob doloris acerbiteriam, cœpit cum Deo rationè inire, ait- que ad eum: O Deus iustissime, qui exhaustum corpus meum tam intolerabili pregrauasti do- lore, & cordis penetralia ingenti probro ac ig- nominia transfixisti, aded vt iam totum me foris & intus vehemens angor occupet, quan- do tandem pater pijsime satis tibi afflictus vi- debor? quando tandem percutere desines? atq; sub his verbis mortis illos angores quos Chri- stus in oliueti monte pertulit, animo pertra- stauit. Interim verd ex lecto, vt potuit, se rece- pit in sedem iuxta positam, atque illic resedit: neq; enim præ vlcere molestia iacere potuit.

Accusatur hq-  
refeos & ali-  
orum, licet  
planè inno-  
cens.

Infirmas  
eius petico-  
losa.

Matt. 20.

Ll 2

Illò

visio.

Illo verò miserandum in modum sic sedente  
 videre sibi visus est in spiritu, magnum caris-  
 simum spirituum frequentiam ad cubiculum  
 pfus consolandi causa aduentantem, carmen  
 que cælicum iucundis modulantem vocibus  
 cuius melos aded illius oblectauit aures, ut  
 omnis eius natura immutaretur. Porro hunc in  
 modum illis cantantibus, atque ipso agere  
 facto & in sella cum dolore recumbente, ad-  
 lescens quidam eum adiit, benigne compellens  
 his verbis: Cur taces frater? cur non vna  
 biscum concinis? tamen satis peritus es cæ-  
 stium melodiarum. Cui ille non sine altis  
 ficti cordis sui suspirijs respondens: Videlicet  
 inquit, quo in loco res meæ sint? Quis vnquam  
 moribundus lætari potuit? Iræne ad canendum  
 me prouocas? Equidem carmen lugubre iam  
 depromo. Si antehac vnquam lætus cecini,  
 modo finem habet. Iam non nisi mortis horro-  
 sustineo. Tum adolescens ille ingenti hilaritate  
 ait ad eum: Viriliter age: nihil eiusmodi pro-  
 tieris. Talem crede mihi adhuc cantionem pro-  
 fereres in vita tua, quæ & omnipotenti Deo ho-  
 norem, & multis afflictis ac miseris sit conso-  
 lationem allatura. Mox illi patefuit oculis  
 prorupitque in lachrymas: eodemque momen-  
 to vlcus crepuit, & est redditus sanitati. Vbi  
 tem domum reuersus fuit, præcipuus quidam  
 Dei amicus illum accedens, ait ad eum: Tamen  
 si Domine mi hac profectio plus centum mil-  
 liaribus à me abfueris, nihilominus crux tua  
 mihi præsens fuit. Equidem quadam die in-  
 ternis oculis supremum Iudicem in suo vultu  
 residentem solio, eiusque permissu duo cacodæ-  
 mones

Restituitur fa-  
 minati ab om-  
 nibus despe-  
 satus.



demonones soluti te diuexarunt, idēq; per duos il-  
 los prælatos, qui huius fuere persecutionis au-  
 thores. Clamans autem ad Dominum: Qui tā-  
 dem, inquam, pijsissime Deus tam acerbam ami-  
 citui molestationem ferre potes? Respondit  
 Deus: Ego illum mihi elegi, vt per afflictiones  
 vnigenito filio meo conformetur. At tamen  
 exigit meæ censura iustitiæ, vt tanta illius in-  
 iuria morte duorum illorum, qui hanc ei ir-  
 rogârunt, vindicetur. Id quod etiam re vera  
 paulò post accidit, atque ad multorum noti-  
 tiam peruenit.

Ad quid variè  
 fuerit tētatus

*De graui quadam molestia, qua illi ex Germana  
 sorore sua euenit.*

CAPVT XXVI.

**E**Rat illi soror Germana, monasticū pro-  
 fessa institutum. Hæc, fratre eius alibi de-  
 morante, cœpit noxiæ sese hominum ad-  
 iungere societati. Cum igitur quandoque vna  
 cum illis foràs profecta esset, in peccatum lap-  
 sa est. Ex ea verò calamitate & miseria eò ad-  
 ducta est, vt relicto monasterio aufugeret, ne-  
 sciens fratre quonam abiisset. At illo domum  
 reuerso, rumor iste per hominum ora non si-  
 ne murmure iactabatur. Quidam ad illum ve-  
 niens, rei gestæ certiore eum fecit. Quo audi-  
 to, totus obstupuit, ac præ dolore animo tabes-  
 cens, non aliter quam qui sensibus sit destitu-  
 tus, incedebat. Percontanti vbinam esset mise-  
 ra, nemo certi aliquid indicare potuit. Tum il-  
 le ita secum cogitabat: En nouam tibi afflictio-  
 nem.

Soror Sufonis  
 è monasterio  
 profugit ipso  
 incio.

nem. At ne frangaris animo: Agè vide, si qua tandem ratione miseræ illi ac perditæ possis animæ opitulari. Honoris ac existimationis tuæ iacturam pijsimo Deo offeras: facebat omnis humanus pudor, & in profundum tere lacum demittas, quo possis inde infelicè extrahere. Fratribus in Choro constitutis, per medium transibat Chorum toto vultus colorumutato, ingentique horrore correptus. Non ausus erat quempiam accedere: siquidem illi puduit omnes: qui prius familiares eius socii fuerant, ab illo profugiebant. Si consilium voluisset capere ab amicis, auerso vultu eum asperrabantur. Subijt tunc illius cogitationi D. Iob, dixitque: Quandoquidem totus à me alienus est orbis, benignissimus Deus sua me consolatione dignetur. Sciscitabatur vbi cunq; peterat, quonam iter capessendum esset, ut parenti velox remedium afferret. Tandem quidam illi indicatus est locus, quo se mox contulit. Erant tum feriæ D. Agnetis virginis, & frigida ærea obtinuerat. Eadem nocte vehemens è celo lapsus imber, riuos passim impleuerat. Cuiusque riuum quendam saltu transmittere intendit, præ virium defectu in aquas corruit. Inde vbi potuit emerit. Et quia animi nimius dolor occuparat, non magnipendit id corporis incommodum. Deinde proficiscenti illi soror eius in quodam domicilio demonstrata est. Ingredebatur intrò totus dolore confectus, & acce illic sedentem offendit. Cumque eam de se intuitus, in scamnum cui illa sedebat, collapsus, bis animo defecit. Atqui sibi ipsi rediens, miserandas prorupit in lachrymas, co-

Salutem sorori lapsæ meditatur recuperandâ.

Sororem reperiens sapius eius causa intermoritur dolore animi.  
Elsam. 21.

OLV  
45

pitque voces & querimonias edere miserabiles, & complofis in capite manibus, DEVS DEVS meus, inquit, vt sic dereliquisti me? Mox euanescebant oculi, lingua palato hærebat, manus contrahebantur, atque ita aliquam diu iacebat sensuum officio destitutus. Inde iterum ad se rediens, sororem complexus ait: Eheu filia mea, Eheu soror mea, quod calamitatis deuoluta es O virgo sanctissima Agnes, quam mihi tristis & acerba fuit hæc dies tua. His diebus, rursus collabebatur, alienus à sensibus. Quod cum perspiceret misera soror illius, pedibus eius sese aduoluit, ingentem lachrymarum profundens imbrem, atque his querulis eum compellans vocibus: O Domine & pater mi, ô calamitosam illam diem, qua in hunc mundum edita sum, quæ iam & Deum meum perdididi, & tibi tantas confeci angustias. Merito igitur malè mihi semper erit, merito pudore & gemitibus perpetim confici debebo. O fidelissime infelicis animæ meæ recuperator, tametsi responso & colloquio tuo prorsus indigna sum, ac pijsimo subeat precor cordi tuo, nulla re maiorem te Deo fidem præstare, nec ad eius similitudinem proprius posse accedere, quàm miseram ac despectam reducendo peccatricem, & animum plus satis prægrauatum releuando. Nimirum præstitit tibi Deus promptam erga miseros quoslibet misericordiam. Quo igitur pacto desolatæ mihi, ab reiectanæ peccatrici misericordiæ præcludes viscera, quæ iam Deo cunctisque mortalibus facta sum miserabilis quando me iniquitas mea tam citò omnibus inuisam despectamquæ effecit? Sed

Ll | 4 quam

Lachrymabunda fratris illa fidelissimi pedibus aduoluitur.

Egregia peccantis peccatrici compellatio.

quam cuncti despiciunt ac respuunt, eam tu re-  
 quiris: cui<sup>9</sup> omnes haud immeritò pudet, eam  
 tu non sine graui tuæ existimationis iniuria  
 cordisq; angore reperis. Obsecro te mi Domi-  
 ne tuis substrata vestigijs, cum perpetuo cordis  
 dolore, vt ob honorem Dei, infelici mihi gra-  
 de hoc parricidium, quod in te animamq; meo-  
 am proh dolor admisi, clementer remittat  
 meminerisq; tametsi honori ac vitæ tuæ tem-  
 porariæ non parum detrimenti, attulerim, at  
 singulari te honore & sempiterna consolatio-  
 ne eo nomine in cælis perfruiturum: miseræ  
 quæ te multo infelicissimæ peccatricis, quæ in  
 laqueum præceps me conieci, in omne æuum  
 graue hoc damnum iu corpore & anima lase-  
 ra, atque tum mihi, tum cæteris omnibus on-  
 ri futura: & in tuam me quæso fidem in ista pe-  
 riter ac futura vita recipias. Neque quicquam  
 æque desidero, quàm vti ne vnquam iure so-  
 ror tua dicar aut sim, sed tantum ex misericor-  
 dia patiaris me locum obtinere perditæ sor-  
 ris tuæ, iure autem, non nisi repertæ ac cruci-  
 biliter recuperatæ clientulæ tuæ. Idque adde  
 mihi planè medullitùs deliberatum est, vti  
 quis me tuam velit appellare sororem, aut eo  
 nomine quicquam mihi præstare, id animi  
 meo cum primis molestum & acerbum sit: ple-  
 neque me tuî miserescat, si te illic adesse con-  
 tingat, vbi me coram conspicias, perpetiq; ha-  
 beas, vt ipsa te noui, quod meritò ex ipsa mat-  
 ra vnicui libet pudori esse debeat, à qua tu for-  
 sitan verecundia non es alienus: nec vlla alia  
 vnquam mihi tecum sit, nec esse possit familia-  
 ritas aut consuetudo. Non enim possunt me  
 non

non horrere, meiꝫ causa pudefferi oculi & aures tuas. Sed hæc quamuis molesta & acerba, tamen libenter feram, & pro probroso crimine meo offeram præpotenti Deo vti pro tua benignitate mei misertus, fideliter pro meo errato satis facere, & cum Deo animam meam in gratiam restituere digneris. Hisce lamentis & querimonijs frater eius vbi ad se reuersus est, hunc in modum respondit: Agedum feruentes lachrymæ ex abundantia, neq; sese præ dolore vitra cohibere valente corde iam prorumpite. Eheu filia mea. O vnicum cordis & animæ meæ solatium ab ineunte ætate mea, quæ mihi gaudio & consolationi fuisti, accede ad me, & astringere iam præmortuo pectori calamitosi fratris tui. Sine perfundam acerbis oculorum meorum lachrymis faciem sororis meæ. Sine emortuam complorem & deplangam filiam meam. O dolor exiguus, vel mille corporis mortes perpeti, at dolor immanis, animæ & bonæ famæ iacturam facere. O dolor & calamitas tristissimi cordis mei. Eheu Deus pijsiime, quid accidit misero mihi? Accede ad me filia mea. Quandoquidem filiam recuperavi meam, iam plorare desinam, atque hac ipsa die eate benignitate & misericordia suscipiam, qua miserum me peccatorem recipi velim in extrema hora vitæ meæ: libentissimeq; tibi condonauero acerbissimos animi dolores, & quicquid id est molestiæ, quod tua causa iam perpeffus sum, atque ad extremum vsque diem vitæ meæ perpeti necesse erit: neq; quicquam ambigas, quin pro tuo errato, & apud Deum & homines efficaciter expiando tibi sim adiumento

Dolor quis  
exiguus, qui  
ue maximus  
censendus.

O vere pater-  
nus charita-  
teque mira  
referus affe-  
ctus.

Ll 5 futu-

futurus. Qui tum fortè huic negotio præsentem  
 aderant, atque utrinque fufas lachrymas, eductas  
 que gestus miserabiles conſpexerant, ad eò ſum  
 miſeratione commoti, ut nemo ex eis ſibi præſe  
 ſet temperare à lachrymis. Porrò huiuscemodo  
 di lugubri geſtu & benigna cōſolatione emo  
 liuit pectus illius, ut conſeſtim prompſe  
 animo offerret ad amplectendum quod deſe  
 ruerat monaſticum inſtitutum. Poſt hæc vi  
 ineffabili cum pudore ac ignominia, & grana  
 labore ouem hanc perditam ad Chriſti ouilem  
 reduxerat, Dei benignitate factum eſt, ut ce  
 nobio longè oportunitiori & commodiori ce  
 dem ipſa reciperetur, quam fuerat prius: atque  
 intantum illius erga Deum feruor & ſtrenu  
 tas deinceps excreuit, ſanctaque & cauta ſiue beati  
 cuſtodiſta conuerſatio eius adeo in virtutibus  
 ad mortem uſque ſtabilita eſt, ut frater illius  
 apud Deum & homines pro perpeſſis eius cau  
 ſa moleſtijs abundè recrearetur. Cernens autem  
 afflictiones eius nomine toleratas tam cōmo  
 dè ceſſiſſe, mirè delectabatur & exultabat: per  
 ſtrabatque occultas Dei ordinationes, ut diligenti  
 bus Deum omnia cooperentur in bonum: ſpe  
 ſpexitque ad Deum cum profuſa gratiarum actio  
 ne, cuiusque animus totus in Dei laude colliquis  
 cebat.

*De acerbæ vexatione, quæ illi ex parte fratris cuius  
 dam accidit.*

## CAPVT XXVII.

**P**roficiſcenti illi aliquando laicus quidam  
 frater itineris ſocius adhibitus eſt, quem  
 propterea inuitus ſecum duxit, quod præ  
 ruit

Ouiculam  
 perditam,  
 magnoque  
 labore recu  
 peratam oui  
 li ſuo reſti  
 tuit.

Rom. 3.

rum esset sano cerebro, Redibat in memoriam  
eorum omnium, quæ illi à plerisque socijs pe-  
tulanter allata fuissent: ac nihilominus sub-  
mittens se aliorum voluntati, memoratum  
fratrem assumpsit. Itaque fortè in pagum quæ-  
dam ante prandium venerunt: quo propter  
nundinas magnus fuit hominum concursus.  
Erat autem laicus ille frater ex pluvia madidus:  
quam obrem domum quandam ingressus, ad  
ignem sese applicuit, dicens Sapientiæ Ministro,  
se nusquam posse progredi: efficeret absq[ue] ipso,  
si quid haberet negocij: se illic eum prætolari  
velle. Simul autem ut Minister pedem foras pro-  
tulit, frater laicus ab igne surgens, ad mensam  
sese contulit, ubi erat dissoluta hominum ne-  
gociatorum frequentia, qui ad mercatum illud  
spe lucri confluxerant. Qui cum cernerent fra-  
trem hunc etiam vino bene madidum, è mæsa  
surrexisse, atque in postico oculos huc illucq[ue]  
circumferentem, & oscitabundum consistere,  
apprehenderunt eum tanquam qui illi case-  
um suffuratus esset. Interim dum scelesti illi  
miserum hunc ea ratione vexarent, alij super-  
uenere armati homines quinque numero, fe-  
roces admodum, atque ipsi idem fratrem com-  
prehēdentes, venena eum spargere ac circum-  
ferre vociferabantur. Id namque temporis ru-  
mor ille de venenis percubuerat. Cœperunt i-  
gitur miserum, magnamque excitati tū tragœ-  
diam, ita ut passim omnes eò aduolarent. Vi-  
dens ille se captum, volebat sese explicare è  
vinculis, versusque ad circumstantes, his eos  
verbis affatus est: *Ausculretis me obsecro paulif-  
per, & quid actū sit, ordine vobis patefaciam,*  
illis,

Veneficij Su-  
fo innoxius  
incusatur à  
comite.

Illis magno silentio aures emigentibus, ita lo-  
qui exorsus est. Perspicitis omnes vos, me pari-  
sanæ mentis habere: quo fit vt nemo alicuius  
me pensi habeat. Porro socius meus vir corda-  
tus est, & perfectus, cui id à nostro Ordine de-  
tum est negocij, vt iam inde ab hoc loco ad Tri-  
bonos siue Alsatiam vsque, fontes omnes totum  
co inficiat. Ed namque proficiscitur, omnium  
itinere veneno corrupturus. Agedum igitur de-  
to illum apprehendatis: alioqui exitiale hoc  
latrocinium exercebit: idemque ipse paulo an-  
te sacculum veneno refertum in huius pagi de-  
mersit fontem, vt pereant omnes quotquot  
huc aduenerint, ex eoq; fonte potarint. Qua  
causa est, cur hic permanserim, neque vna cum  
illo abscesserim: quando id me malè habet. At-  
que vt me verum dicere certum habeatis, fides  
eius rei vobis faciet saccus prægrandis, quo li-  
bri deportantur, quem habet secum id genus  
veneno refertis plenum loculis, & complu-  
culis aureis nummis quos tum ipsi, tum Ordo  
ni nostro Iudæi dono dederunt, quò hoc im-  
mane perpetret facinus. Hęc vbi feroces ac dul-  
soluti illi percepere homines, itemque alij, qui  
eò confluxerant, immanes edidere rugitus,  
magnisque clamabant vocibus: Actutum per-  
sequamur. Mox alij lanceam, alij securim, alij  
quod forte occurrisset arripientes, tanquam  
mentis impotes cursitabant, perfractis que se-  
ribus & adiculis, vbi se eum reperturos spera-  
bant, districtis ensibus lectos & stramina con-  
fodiebant: ad eò vt ad hunc tumultum simul  
omnes, quotquot in ijs erant nudius aduo-  
larent. Aderant illic etiam extranei quidam  
homi-

Inquiritur ad  
supplicium



homines cum primis honesti, qui eum probè  
 nouerant, ijque audito eius nomine, proceden-  
 tes in medium, aiebāt iniquè eos agere: virum  
 illum ea esse virtute præditum, qui tale flagitiū  
 nulla velit ratione perpetrare. Vbi verò inue-  
 nire eum non potuerunt, conquiescebant: at  
 socium eius ad pagi præfectum captiuum per-  
 duxerunt, qui eum iussit in quodam domici-  
 lio recludi. Horum nihil nouerat Minister.  
 Cumq; iam putaret prandij adesse horam, so-  
 ciumque suum vestes pluuiæ madidas deficcâsse  
 venit eo animo vt prandium caperet. Vt autē  
 hospitium ingressus est, narrabant illi omnem  
 hanc tragœdiam. Quibus cognitis, euestigio  
 multum perterritus properauit ad ædes, vbi  
 socius eius & præfectus erant, orabatq; præfe-  
 ctum dimitti sibi socium suum. Respondit ille,  
 nulla id posse ratione fieri, velle se eum in tur-  
 rim conijcere ob scelus admissum. Id vero mi-  
 nister grauitè & acerbè ferens, sursum deor-  
 sum cursitabat, vt illi misero opem ferret. Cū-  
 que non sine magno dedecore & molestia diu  
 satis id egisset, ad extremum grandi suo dispē-  
 dio effecit, vt socium suum liberum abire pa-  
 terentur. Sperabat tum huic malo finem esse  
 impositum: at id hinc primum cœpit recru-  
 descere. Vbi enim ab illis, qui magistratum ge-  
 rebant, non absque multa sui vexatione & de-  
 trimento sese expediērat, tum demum in vitæ  
 ipsius discrimen adductus est. Nam cum ab  
 præfecto discederet, vespertino tempore ru-  
 mor sparsus erat in vulgus & fæces hominum,  
 venena eum circumferre: ijq; omnes haud se-  
 cius quam latronem eum insectabantur, aded  
 vt non

Socius eius  
 detinetur in  
 vinculis.

Vt in discrimen vitæ so-  
 cio liberto  
 adductus sit.

vt non auderet ad pagum accedere. Digiti  
 omnes demonstrabant, dicentes: En hic est  
 venenarius, certè non effugiet manus nostras  
 morte iam multandus est: nullis se numquam  
 apud nos redimere poterit, vt apud prædictum  
 efficit. Illo autem fugam ineunte, atque in  
 iam declinare volente, atrocius clamare  
 perunt. Quorundam ista vox erat: Mergamur  
 cum in Rheni flumen, (is enim ad pagi lacus  
 decurrebat.) Alij contra dicebant. Minus  
 verò: Namq; flumen omne impurus hic  
 inficiet, facilius est, vt flumen exuratur. Rostans  
 quidam crudelis & ferus, idemq; lacernam  
 durus, arrepta hasta per populi frequentiam  
 fortiter nitens, ante omnes constitit, atq; in  
 verba prorupit. Audite me viri, & quocumq;  
 hic adestis: Nulla poterit hæretic<sup>us</sup> iste probri  
 feriori morte affici, quàm si hac eum hasta  
 transfigam, perinde vt configi solent bufones.  
 Ita, inquam, venenarium istum nudum  
 confossum, & supinum in aëra leuatum ad  
 mam hanc sepe fortiter alligabo, efficiamq;  
 ne possit ruere. Exarescat corpus impurum  
 aëre, vt quotquot sursum deorsum hac per  
 fuerint, latronem hunc adspectent, & eum  
 stentur ac execrètur tam turpiter defunctum,  
 vt & in præsentis & futuro seculo tanto sit  
 calamitosior. Id enim homo pestilèntissimus  
 quam meritis est. Audiebat hæc verba  
 ster nō sine terrore magno altiq; suspirijs,  
 ed vt præ angustia lachrymis ora rigaret.  
 Quotquot ibi tam circum stabant homines  
 nesti, viso illo, acerbè plorabant: quidam  
 miseratione tunde bāt pectora, & manus supra  
 verba

OIV  
 45

verticem complodebant: nec tamen quisquam  
 quicquam erat ausus proloqui metu furentis  
 turbæ, ne fortè compræhenderentur. Porro  
 die iam adueperascente, vltro citroq; perge-  
 bat, cum lachrymis petens hospicio recipi: sed  
 durè repulsus est. Piæ quædam foemina liben-  
 ter eum recepissent domo, sed non audebant.  
 Ille igitur mortis angoribus correptus, atque  
 omni humana ope destitutus, cum id vni dun-  
 taxat expectarent omnes, vt compræhensum  
 extinguerent, præ dolore ac mortis formidina  
 iuxta sepem quandam corruit, oculosq; tumes-  
 centes ad cælestem patrem erigens, ait. O pater  
 indulgentissime, quando tandem misero feres  
 auxilium his angustijs laboranti? O pater mul-  
 to pijsime, cur aded mei obliuisceris? O pater,  
 ô fidissime, ô clementissime pater, adhis misero  
 mihi in hac extrema necessitate mea, iam enim  
 præmortuo corde meo, nulla viuendi spes re-  
 liqua est: profus iam emoriendum est mihi  
 siue in aquas demerso, siue flammis conflagra-  
 ti, siue lancea confixo. Commendo tibi hodie  
 desolatum spiritum meum, misereat te huius  
 calamitosæ mortis meæ, non enim longè ab-  
 sunt, qui me occidant. Lamentabiles has queri-  
 monias vbi Sacerdos quidam percepit, illuc  
 properans, vi eum extraxit è manibus eorum,  
 introductumque in ædes suas seruauit ea  
 nocte illæsum, & summo mane di-  
 missum ex præsentis mortis  
 discrimine libe-  
 rauit.

Ingens Min-  
 sti ex præsen-  
 ti periculo  
 afflictio.

Eripitur ab  
 imminente  
 clade.

De

**R**Edeuntem illum quandoque ex infero  
 ri Germania, atque per Rheni tractum  
 partes superiores contendentem, **T**er-  
 quidam iuuenis & ad iter expeditus comitatur:  
 quem cum die quodam paribus vestigiis  
 sequi non posset, quod ægrè affectus & debili-  
 tus esset, relictus post illum fortè dimidio mi-  
 liaris interuallo. Respexit autem subinde,  
 quis illi comes itineris obtingeret per nemus  
 proximum ituro. Si quidem dies erat ad oc-  
 sum decliuior, & sylua immanis ac perosi-  
 losa, utpote latrocinij admodum infesta, in-  
 stabat. Ante syluam parumper substiterat, quasi  
 aliquem expectans. Interea videt duos  
 aduentantes gradu, è quibus altera erat femi-  
 na iuuenis & decora, alter vir terribilis, in-  
 stam gerens & ensẽ oblongum, atque lac-  
 nam indutus coloris atrii. Territus ille  
 nis viri illius tetra specie, circumspexit  
 que, si quis forte à tergo sequeretur. Sed  
 neminem vidit. Cogitauit autem secum: Quod  
 homines sunt isti Domine Deus? Quinam  
 de hoc nemus penetrare poterò? Quid me  
 rum est? Mox impressa suo pectori crucis  
 ra, ingressus est syluam. In qua cum iam  
 gè processissent, femina prior illum ad-  
 citans quis esset, aut qui vocaretur. Exiit  
 nomen suum feminae. At illa, Noui te, inquit,  
 Domine mi ex nomine. Oro confessionem  
 meam recipias. Cœpit ergo confiteri, dixitque

Latrone quo-  
 dam eminus  
 conspecto  
 pauet.

Eheu obseruande Domine conqueror tibi in-  
 felicitatem meam. En vir iste, qui nos conse-  
 quitur, latro est, iugulatque homines tum in  
 isto nemore, tum etiam alijs locis, aufertque nū-  
 mos & vestes eorum, parcens nemini. Ille me  
 fefellit, abduxitque ab amicis meis, cogorque  
 illius esse coniunx. His auditis, parum abfuit,  
 quin præ horrore Minister deficeret, respici-  
 ensque, miserabiliter lustrabat oculis omnia,  
 si quem vel videre vel audire liceret. Atqui nec  
 vidit, nec audiuit quemquam in opaca illa  
 sylua, præter latronem ipsum sequentem. Co-  
 gitabat interea. Si sic delassatus fugeris, facile te  
 assequetur & perimet. Si clamaueris, non  
 est, qui audiat in hac vasta solitudine, eris-  
 que nihilominus perditus. Suscipiēsq; in cæ-  
 lum tristis ac mœrens, ait: Ah Domine Deus,  
 quid futurum hodie est misero? O mors quam  
 propinqua es. Vbi porro scœmina suam peregit  
 confessionem, regressa ad latronem, clam ora-  
 bat eum, dicens: Quæso te vir bone, fac illi con-  
 fessionem. Apud nostrates ea de ipso existima-  
 tio & fides est, quisquis ei confiteatur, quātum-  
 vis sceleratus sit, nunquam eum à Deo relictū  
 iri. Agè igitur quod te hortor: si fortassis Deus  
 illius causa extremis laboranti angustijs opi-  
 tulari tibi velit. Dum ita illi inter se susurra-  
 rent, terrore correptus Minister, proditum se  
 verebatur. At latro ad illum adire cœpit. Quo  
 aduentante cum hasta sua, toto tremuit & ex-  
 horruit corpore, putans actum de salute sua.  
 Nesciebat nanque, quid inter se locuti essent.  
 Erat autem loci illius situs eiusmodi, vt Rhen<sup>o</sup>

Horrore ma-  
 gno concuti-  
 tur periculō  
 cognito.

M m

iuxta

Latro sua Mi-  
nistro pecca-  
ta confiteretur.

juxta syluam decurreret, & semita esset in ipso  
fluminis littore. Latro autem Ministrum pro-  
luit ire ea parte, quæ ad flumen vergebat: ipse  
aliud tenebat latus. Ministro igitur non sine  
cordis tremore ingrediente, suam latro con-  
fessionem exorsus, cuncta illi, quæ perpetrasset  
latrocinia explicuit: speciatim verò quoddam  
ei commemorauit homicidium nimis quibus  
horrendum, vnde toto corde Minister contrem-  
uit, dixitq; latro. Quandoque in hanc partem  
ni syluam latrocinandi causa, quemadmodum  
etiam nunc, oblatuſque mihi fui sacerdos quod-  
dam honestus & venerabilis, cui confessus sum  
ambulanti mecum perindè vt tu mecum gres-  
deris. Deinde absoluta confessione, educto  
gladio isto quem cernis, illum transfixi, immo  
lique ex littore in profluentem Rhenum. His  
ce verbis & gestibus ac ad spectu latronis in-  
tuitum expalluit & fractus est Minister, vt gelidus  
mortis sudor per eius ora in sinum decurreret,  
totusque obriguit & vox faucibus hæsit, adeo  
vt sensibus penè destitueretur: ac subinde ad  
latronis gladium oculos referens, obseruauit  
quando etiam ipsum eodem confoderet, & ex-  
tinctum in fluuium præcipitem ageret. Cum  
iam præ angore collabi inciperet, nec habens  
vltra vires, vultus eius erat miserabilis, velut  
hominis præsentissimum mortis periculum  
euadere cupientis. Id vbi animaduertit fecerunt  
na latronis socia, occurrens ilicò eum humi  
collabentem amplexa est, niteturque eum  
erigere, dicens illi: Nihil timeas bone domi-  
ne: non patieris quicquam molestiæ. Et latro  
ipse

Expetit latro  
preces Mini-  
stri.

ipse. Multa, inquit, de te bona audini domine, quorum gratia viuere te permittam. Ora Deū, vt mihi misero latroni, extremum trahenti spiritum tua causa subueniat & miserescat. Sub his verbis ad Syltā extrema peruenerunt: atque ecce socius eius ille sub arbore residēs, eius aduentum præstolabatur. Latro cum socia sua antecessit: ac Minister ad suum reptans confratrem in terram corruit, corde simul & corpore toto quodam tremore correpto. Iacente illo sic aliquamdiu, postquam recepit vires, surgēs ceptum confecit iter: rogabatque Deum seridō intimis cum gemitibus, vt latroni illi vellet prodesse spem bonam ac fidem quam erga ipsam Ministrum concepisset, nec eum fineret moriturum condemnari. Præstitit autem illi Deus eiusmodi visum, quo omnino certior factus est de futura latronis salute, ita vt nihil hæsitaret illum seruatum iri.

*De periculis submersionis.*

CAPVT XXIX.

PRO consuetudine sua quandoque Argētoratum profectus erat. Rediturus domū, in sæuum quendam Rheni gurgitem cecidit, vnaq; libellus, quem pauld ante cōfecerat, cui admodū infestus erat malus spiritus. Dum ergo vi fluminis raptus, in mortis angoribus super aquas deorsum ferretur, nullo illi opem ferrente, benignissimi Dei prouidentia contigit, vt eadem hora iuuenis quidam miles Prusienfis ex Argētorato superueniēs, in ipsum sese fluium perquam impetuofum conijceret,

Multis cuiusdam subsidio à presentissimo mortis periculo extrahitur.

M m 2

& tam

& tam Ministrum quam socium eius ex illa morte miserabili extraheret. Alia vice ex obedientia aliquo profectus est hyberno tempore. Cumq; tota die ad vesperam vsque sine cibo vento illo frigido & aere aspero ac gelido curru vectus fuisset, ad turbidas quasdam ventis aquas, easque profundas & rapido cursu labantes, vi imbrum incitatas. Famulus autem currum ducebat, ex negligentia ad littoris limes nimis propè accedens, currum euerit. Mox Minister præcepit currum ruit, lapsusq; supinus in aquas: statimq; currus recta in mare delatus est, ita vt nullam in partem sese posse verrere Minister à curru oppressus nec sibi opem ferre. Itaq; vna cum curru procul ferebatur in aquis vsque ad molendinum quoddam. Ibi famulus cum alijs quibusdam accurrens eum apprehendit: & licet percuperent eum deducere ex aquis, sed ingenti currus pondere deprimebatur. Amoto tandem curru non sine grandi labore, extraxerunt eum benè madidum in terram: statimq; vestes eius præ nimio frigore in eius corpore congelabant, adeò vt tenderet dentibus. Stetit autem diu satis tam mirè re afflictus, suspiciensque ad Deum. Quædam inquit, Domine faciam, quidve primum aggrediar? Iam nox impendet, nec locus hic vilius vel pagus adiacet, vbi possim calefieri ac refici. Si ergo hîc ita mihi emoriédum est, profectò miserabile illud mortis genus est. Porro huc atque illuc oculos circumferens, procul ad montem vidit pagum quendam. Eò se contulit, vt potuit, madidus & frigore constrictus. Et iam nox aderat. Circumibat domos, petens hospiti-

Aliud periculum Ministri.

OIL  
45



hospitio recipi causa Dei, & ecce vbique repel-  
labatur, nullo eius vicem miserante. Timens  
ergo vitæ suæ, alta voce clamauit ad Dominū:  
Satius fuerat Domine, si me demergi permisif-  
set: ita celerius optatusque periissem, quam  
ut hic frigore moriar. Has voces lamentabiles  
fortè audiuit rusticus, qui eum ante reiecerat,  
eiusq; misertus, vlnis compræhensum in ædes  
suas introduxit, atq; ibi noctem exegit misera-  
bilem.

*De breui quadam afflictionum inter-  
missione.*

CAPVT XXX.

**O**Mnino id illi in consuetudinem verte-  
rat Deus, vt vna recedente afflictione,  
mox alia accederet. Ita sine intermissio-  
ne illum Deus exercebat. Solum vna vice ali-  
quantulam illi permisit requiem, sed minimè  
diurnam. Eodem tempore ad quoddam Mo-  
nialium cum accessisset cœnobium, spirituales  
filie eius ex eo, quinam haberet, percontaban-  
tur. Respondit ille, vereri se malè secum agi,  
Deumq; sui oblitum esse eo, quod mensæ inte-  
gro neque in corpore, neque in fama à quoquã  
læsus esset, præter antiquam consuetudinem  
suam. Sedente illo breui spatio ad cancellos e-  
iusdem cœnobij, frater quidam professione  
Dominicanus illum ad se euocans, dixit ei: Nō  
ita pridem in arce quadam positus, audiui il-  
lius loci Dominum dare inquirentem vbinam  
esset, atq; erectis sursum manibus coram omni  
illa

M m 3

illa hominum frequentia iurantem, siquidem te vsquam comperiret, gladium per tua latus se adacturum. Idem iurârunt etiam alij quidam nobiles eius consanguinei, qui per aliquos in nobilia eo nomine te perquisierunt, vt sceleratam in te voluntatem suam possint effici. Vide igitur cautè te geras, caueasq; tibi quampræsumptum consultum vitæ tuæ. His auditis, perrexit Minister, dixitq; ad fratrem, scire se velle, quare mortem illam esset commeritus. Ait frater. Relatum est illi Domino filiam te suam, vnde rosq; alios, ad singulare quoddam vitæ genus traduxisse, quod spiritale vocetur, eiusq; sectatores spiritales dici: persuasumq; est illi, in genus homines mortalium omnium longè terribilissimos esse. Præterea aderat illic alius quidam homo audax & ferus, qui te affirmatè charissimam sibi abstraxisse coniugem, in illa operta facie nollet ipsum adspicere, sed retrorsus duntaxat vellet respicere: cuius reus autorem proclamabat. Hæc ubi Minister dicit, gratias egit Deo, festinatoq; intro regressus ad cancellos, dixit filiabus suis: Viri illi agite filia charissimæ, en recordatus est me illi nec adhuc illum me cepit oblitio: narraui eis immanes illos rumores, vt pro beneficiis maleficia ipsi homines reddere molirentur.

*De amabili quadam ratione cum Deo  
quandoque inita.*

## CAPVT XXXI.

**E**odem afflictionis tempore, atque in locis, ubi tum morabatur Minister,

gressus nonnunquam in valitudinarium siue  
 domum infirmorum, vt ægrè affecto corpuf-  
 culo suo aliquod impertiret leuamentum, cū  
 ad mensam sederet taciturnus more suo, scom-  
 matibus & verbis insolitis exercebatur: quod  
 principio quidem multum illi dolebat, sese-  
 que intantum miserabatur, vt haud raro fer-  
 uentes lachrymæ per eius faciem deciderent,  
 vnaque cum cibo & potu in eius os deferren-  
 tur. Leuatis autem sursum oculis, intimis sus-  
 pirijs compellabat Deum in hunc modum: Pi-  
 sissime Deus, non tibi sufficit miseria & cala-  
 mitas mea, qua noctu diuque afficior, nisi et-  
 iam modica, quam accipio, esca mihi in sum-  
 mam vertatur amaritudinem? Accidit id illi  
 crebrò sanè. Quadam vice ex mensa surgens,  
 non potuit se vltra cohibere, quin ad secretum  
 suum abiret locum. Deoque has offerret que-  
 rimonas: Dulcissime Deus, Mundi totius do-  
 mine, piū ac benignum te præbeas oro erga  
 me miserum. Siquidem hodie mihi tecum ra-  
 tio ineunda est: id quod prætermittere non  
 possum. Et quamuis nulli quicquam debeas,  
 nec obligatus sis vlla in re ob immensam ma-  
 iestatem tuam, decet nihilominus infini-  
 tam bonitatem tuam, vt animum afflictioni-  
 bus prægrauatum in te patiaris captare refri-  
 gerium ex gratia tua, præsertim qui neminem  
 habeat alium, cui conqueri possit, aut qui ip-  
 sum consoletur. Ecce Domine te ipsum testem  
 adhibeo, qui nōsti omnia, ab ipso matris vte-  
 ro semper me cor piū habuisse. Neque enim  
 quemquam vnquam afflictum vel incoerentem  
 adspexi, cui nō medullit' cōdolerē: nec vnquā

Deum pieta-  
 tis suę testem  
 inuocat.

Mm 4

audire

Ut facta cu-  
iusvis quæq;  
excusauerit,  
vique ab ali-  
orum famæ  
derogatione  
abhorruerit.

Iob. 12.

Rom. 12.

2. Cor. 11.  
Galat. 2.

audire potui vel præfente vel absente pro-  
mo, quod eum grauare potuiffet. Habeo huius  
rei testes socios meos omnes, raro ex me au-  
se quemquam, verbis meis siue fratris, siue  
iusuis alterius hominis facta in peiorem par-  
tem me interpretari vel apud superiores, vel  
quoslibet alios. Immo verò mortalium om-  
nium facta, quoad potui, in mitiorem partem  
semper traxi: vbi id non licuit, tacui, aut certe  
fugi, ne talia audirem. Quorum autem aduersus  
famæ vel existimationi aliquid derogatum,  
illis me ex miseratione magis familiarem co-  
hibui, quo tanto facilius sua eis existimatio  
salua redderetur. Misericordiarum fidus pater  
vocabar: omnium Dei amicorum amicus  
singularis. Quotquot tristes aut afflicti ad me  
accessiffent, aliquid saltem ex me consilio  
portarunt, ita vt hilares & bono animo  
recederent. Siquidem flebam cum flentibus,  
dolebam cum merentibus, donec eos maiore  
pietate erigerem & consolarem. Nūquam  
quam tam mihi molestus fuit, quin statim  
tum illi condonarem perinde ac si nihil mihi  
nocuiffet, si vel semel placidus mihi arri-  
deret. Et quid me necesse est Domine commemorare  
de hominibus, quando etiam quorumlibet  
animantium, auium, bestiolearum indigentia  
afflictio visu vel auditu mihi cognita, cor me-  
um adeò torfit, vt rogarem omnipotentem  
Deum, eis subuenire dignaretur. Quicquid  
terris degit, pietatis & benevolentia viscera  
me comperit. Tu verò pijsfime Deus permittis  
quibusdam, quales Apostolus vocat falsos fra-  
tres, vt nimis quam verociter erga me se ge-  
rant,

rāt, vt & tibi Domine satis perspectum, & omnibus notum ac manifestum est. Quāso id attendas Domine, & per te ipsum me recrees. Postea quam diu satis animum suum hac ratione apud Deum refecisset, tranquilla quadam potitus est requie, & diuinitus eiusmodi illi illuxit responsum: Ratio tua puerilis, quam mecum iniuisti, inde proficiscitur, quod non semper eque attendis verba gestusque Christi Iesu patientis. Noueris sanè non id satis esse Deo, quod ad te attinet, si sis corde pio ac benigno, sed adhuc perfectius aliquid à te requirit. Vult ille nimirum, vt vbi quis verbis vel moribus indignè ac inhumaniter te tractat, non solum id feras æquanimiter, sed etiam adeo moriaris tibi ipsi, vt somnum non sis ausus capere, donec eiusmodi hominem accedas, blandisq; ac modestis placidisq; sermonibus & gestibus tuis, quatenus fieri poterit, animi eius ferocitatem & impetum lenias atq; tranquilles. Siquidem istiusmodi leni modestia ac humilitate gladiū ex eius manibus extorques, afficisq; eum in sua maleuolentia prorsus infirmum ac imbecilem. Ista videlicet est antiqua perfectionis semita, quam Christus suis tradidit discipulis: cum ait: *Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos.*

Deinde vbi ad se redijt minister, visa est ipsi hæc perfectionis semita plus satis molesta ac difficilis, nec sine tædio inde cogitare potuit, maiorisq; cum tædio eam nitēbatur ingredi: ex nihilo secius animo resignato cœpit conatum adhibere suum, vt discereteo gradi itinere. Accidit postmodum, vt Laicus quidam frater plus satis tumidè & efferatè cum illo collo-

Qualiter in  
iuriantibus  
obuiandum.

Luc. 10.  
Math. 10.

M m 5 quere.

queretur, ac notabili eum iniuria afficeret. Tacuit ille patienter, & id volebat esse satis. Atque admoneri se sensit plus aliquid præstare debere. Advesperascente ergo die, Laico illo fratre in valetudinario cœnam capiente, Minister ad ostium valetudinarij eum ingressus sustinuit, moxque ad egredientis vestigia provolutus, humiliter eum obsecrauit, dicens: Clarissime & religiose pater, queso te ob honorem Dei, ut si qua te tibi molestus fui, teque offendi, misero mihi remittas propter Deum. His verbis frater ille Laicus primum tacitus subsistit, inde suspiciens, alta dixit voce. Pater, quid miri iam facis? Nunquam quicquam mihi notasti, non magis quam alijs. At ego insigni te molestia affeci, teque dire affixi petulantissimi mordacitate mea. Quod ut mihi condonessiam atque etiam rogatum te velim pater. Atque hoc pacto animus eius sedatus est, & tranquillitati redditus. Quodam tempore in mensam in valetudinario sedenti Minister, frater quidam procacibus verbis molestus fuit. Ad quem ille admodum benignè sese committens, arrisit illi, tanquam qui singulari quodam beneficio ipsum affecisset. Id verò frater illum intus aded compunxit, ut non solum recederet, sed etiam suum illi vultum omnino placidum exhiberet. Facto prandio, idem frater narravit hoc in urbe, dicens: Hodie tanta confusus sum verecundia & dedecore ad mentem residens, ut nonquam maiori me affectum potestem. Cum enim erga Ministrum indignè & petulanter me gererè, serenissimum mihi exhibuit vultum, aded ut pudore suffundere.

Coniuratio-  
rem prevenit  
humilitate ac  
patientia.

Alterius item  
procacitatē  
benignè su-  
stinens, cum  
compunctū  
reddidit.

Quod illius exemplum semper mihi profuturum spero.

*Vt prae nimia afflictione quandoque ad mortis vsque discrimen adductus sit.*

## CAPVT XXXII.

Contigit quodam tempore, vt non paucis noctibus è somno nõ sine terrore experrecto, nescio quidnam, mox Psalmum illum de Christi passione, cuius est initium, *Psalm. 22.* *Deus Deus meus respice in me*, inchoaret. Quem Psalmum Dominus Iesus in cruce pendens, atque illa extrema necessitate tum à Patre, tum à creaturis omnibus derelictus, fertur dixisse. Quæ quidem continua huius Psalmi repetitio vel commemoratio initij illius, simul atq; euigilasset, admodum perterruit Ministrũ, haud vulgariter sibi metuentem. Clamauit ergò ad Dominum cruci hærentem, idque cum acerbis lachrymis, dicens illi: Eheu Domine Deus, nõ uane rursus mihi tecum ferenda crux est, vel crucifixio? Quod si ita est, cõple obsecro in me misero innoxiam atq; sanctissimam mortem tuam, sisq; mecum, & tuo auxilio fretum fac afflictionem omnem superare. Accedente deinde cruce, vt illi fuerat antè significatum, immanes quædam afflictiones, de quibus hîc non expedit dicere, illi accrescere cõeperunt, atque indies augmenta capere, quæ tandem vsque eo excreuerunt, vt illum alioqui debilem, ad extremum uitæ punctum perducerent. Cũ enim vice quadã extra cœnobiũ cõstitutus serò cubi-  
tum,

Ut præ nimia  
viriū imbe-  
cillitate de-  
mortui quasi  
speciem in-  
ecstasi posi-  
tus induerit.

rum iuisset, quodam virium defectu compre-  
hensus est adeo, vt sibi videretur præ nimia  
debilitate defecturus ac ilicò periturus. Iac-  
bat ibi tam quietus & immorus, vt nulla tot  
corpore vena moueretur. Id vbi animaduertit  
homo quidam pius ac fidelis, eiusque studio-  
sus, quem ipse ad Deum pertraxerat non sine  
multo grauique labore, accurrit mœrens & lo-  
gens, eiusque pectus & cor palpare cepit, ex-  
ploraturus num quis in eo vitalis spiritus re-  
liquus foret. Sed cor adeo erat consopitum, vt  
nihil magis quàm in homine mortuo agere  
videretur. Tum ille præ nimio dolore colle-  
bens, profusus lachrymis ac lamentabili vox  
dixit: O Deus, en vt hodie extinctum est præ-  
clarissimum cor illud, quod te longo tempore  
haud vulgari pietate in se retinuit atque  
quodq; innumeris dissolutis hominibus ver-  
bis & scriptis in omnes iam regiones diffusis  
suauissimè te predicauit. Eheu quam tristis il-  
lud rumor est, computrescere iam debere cor  
eximium, nec illi longa adhuc viuendi spatio  
tribui in tuū laudem, & multorum consolatio-  
nem. Ita ergo lamentans & plorans, suble-  
uans cor, os, & brachia illius attrectabat, scire cup-  
ens vtrum viueret an extinctus esset. At nullum  
percepit motum. Facies expalluerat, os ar-  
duum induerat colorem, nec quicquam vitale sup-  
rârât, haud secus quam in funere iam iam  
sepeliendo. Durabat id fermè eousque, vt ita-  
rim milliare Germanicum potuisset conficere.  
Dum ergo sic iaceret ecstasice, obiecto non  
lino fruebatur spiritus illius, quam Deo & di-  
uinitate, verò & veritate, ac sempiterna



tate. Sed antequam viribus inciperet destitui & extra se rapi, exorsus erat familiariter cum Deo colloqui ac blandiri in hunc modum: O veritas æterna, cuius inexhausta abyssus incognita est creaturis omnibus, miser ego seruus tuus videor nunc mihi ad extrema perductus, quemadmodum ipsa virium imbecillitas testatur. Itaque in supremo spiritu constitutus, tecum loquor omnipotens Deus, cui nemo mentiri, quem nullus fallere potest, vtpotè cui manifesta sunt omnia. Tu solus nōsti, vt inter te & me agatur. Tuam igitur imploro benignitatem & misericordiam clementissime ac fidelissime Pater: quodq; vnquam in vllam deflexi dissimilitudinem extra supremam veritatem, eius me iam pœnitet Domine Deus, doleoque toto corde, obsecrans vt tuo precioso sanguine id expies pro tua clementia ac mea necessitate. Memineris oro Domine, vt purissimum ac sacrosanctum sanguinem tuum omnibus diebus vitæ meæ sublimiter extulerim pro viribus: isque nunc precor me ex hac vita migrantem ab omni peccato mūdet & abluat. Quæso vos sancti omnes, tuque speciatim benignissime Pater & Pontifex Nicolae flexis genibus, & erectis manibus, mecum simul Dominum rogetis, felicem mihi præstet obitum. Purissima ac præclarissima virgo MARIA, tuam mihi nunc porrige manum: tuam, in quâ pijsimam manum, & hac suprema hora suscipe animam meam in tuam fidem & patrocinium: quandoquidem tu vnicum es post Deū cordis mei gaudium & consolatio. O domina & mater mea, in manus tuas commendo spiritum

Colloquium  
Ministri cum  
Deo iam iam  
se moriturū  
existimans.

Sanctorum  
expetit præfi-  
dia.

tum meum. Eia dulcissimi spiritus angelici, oris oro memores, ut per omnem vitam quos es vel nominari vos audissem, exultare & ferit cor meum: & quam crebro afflictionibus laboranti mihi gaudia plane celestia conferitis, atque ab hostibus me defenderitis. Eia præclarissimi spiritus, nunc demum extrema me obtinet necessitas & angustia, & sum auxilij indigus. Nunc ergo feratis opem miseris, seruerisque me à terribili & tetra inimicorum meorum adpectu. Laudes gratesque tibi ago Deus omnipotens, quod morienti mihi bene sui compotem mentem, perspicuam rationem & cognitionem præstitisti: ex hoc seculo cum integra fide catholica, absque vlla hæsitacione vel formidine: libensque nosco omnibus, qui mihi vnquam molesti fuerunt: perinde ut tu ignouisti in cruce illis, qui tibi mortem inferebant Domine Iesu, sacratissimum corpus tuum, quod hodie in Missa quolibet infirmus accepi, tueatur & deducat meo conspectum vsque diuini vultus tui. Porro extrema oratio mea, quam hac ipsa mortis hora facio, est pro charissimis spiritalibus filiis & filiabus meis, singulari fide aut etiam confessione mihi in hoc exilio amice deditis & aduersis: & quemadmodum tu piissime Iesu mortuus proximus, charissimos discipulos tuos celesti patri summa fide commendasti: in eadem caritate etiam ijs tibi oro sint commendati, vnde illis sanctam felicemque mortem dones. Quod quidem nunc totum me efficaciter auerto & adducis creaturis omnibus, atque ad ipsissimam diuinitatem, in primam æternæ salutis originem

Luc. 23.

Pro sibi item  
familiaribus  
deprecatur.

Ioan. 7.

nem me conuerto. Cumq; hæc atque eius generis pluraque alia intra seipsum blandè suauiterque locutus esset, raptus est extra sese, & antedicta cœpit laborare debilitate. Existimante autem & eo ipso, & alijs ipsum è viuis excessurum, redijt ad sese, corque exanime vitalem resumpsit spiritum, & membra ægrè affecta, sunt sanitati reddita, & pristinas recepit vires.

*Vt afflictiones cum laude & gratiarum actione in Deum sint referendæ.*

CAPVT XXXIII.

**Q**UODAM tempore cum Minister afflictus diurnas suas concertationes alta mente perpenderet ac commemoraret, atque in iisdem occulta Dei stupendâq; indicia attenderet, conuertit sese ad Deum intimo cum gemitu, aitque: Externæ istæ cruces & afflictiones domine forinsecus non aliud videntur, quàm acutæ vepres & spinæ, ipsam carnem & ossa configentes. Quamobrem pijsime domine fructus aliquis suavis saluciferæ cuiusdam institutionis ex his asperis sentib. emanet, obsecro quo nos miseri tanto moderatius aduersa feramus, crucesque nostras in Dei laudem tanto melius referre sciamus. Postquam ille diu satis à Deo ser. id hæc petijisset, quandoq; intra seipsum & supra sese raptus fuit, sensibusq; destitutus corporeis, audiuit dominū isthęc verba suauiter ipsi pronunciantē: Equidē in præsentiarū excellētissimam vitæ meæ præstantiā ac dignitatem tibi patefaciam, reddamq; te certiore,

tiorem, vt homo afflictus, ea quæ patitur, cum  
 laude in DEVM refundere debeat. Hæc vbi ille  
 audiuit, animo totus liquefactus, sub illo me-  
 tis excessu præ immensa quadam cordis abun-  
 dantia, animæ suæ brachia in vastissimos caeli  
 terræq; fines extendit, gratias agens Deo cum  
 intimo ac ineffabili cordis affectu & desiderio  
 in hunc modum: Hactenus quidem mi Domi-  
 ne in scriptis meis te laudaui, te celebraui, te  
 extuli, commemorando & adhibendo in tuum  
 preconium, quicquid in creaturis omnibus  
 secundum & plausibile esse queat. At nunc in no-  
 uam quandam, compellor prorumpere me-  
 diam & encomium hauquaquam vstratum  
 quod nec ego ipse antehac compertum habui  
 nisi quod nunc demum in afflictionibus illis  
 didici: idq; eiusmodi est: Toris animi visceri-  
 bus medullitus concupisco, vt cruce & mor-  
 tis omnes quascunque ipse perpeffus sum, &  
 que quorumlibet aliorum dolores & angores,  
 vulnerum omnium acerbitates, ægrotorum  
 omnium cruciatus, mœrentium quorumlibet  
 que gemitus, plorantium lachrymæ, oppres-  
 sorum contemptus & contumeliæ, viduarum  
 pupillorum omnis opis expertium penuriam  
 pauperum ac esurientium arida fames & sitis  
 martyrum cunctorum profusus sanguis, con-  
 tinuum adhuc ætate florida vigentium propriam  
 voluntatis abnegatio, quorumlibet Dei am-  
 corum aspera, & rigida exercitia, occultæ  
 & manifestæ afflictiones & dolores om-  
 nes, quos vel ego, vel quiuis vnquam miser  
 calamitosus homo sustinuerit in corpore, in  
 facultatibus, in honore, in prosperis & aduer-  
 sis.

OIV  
 45

sis, & quicquid demum ad vltimum vsq; diem  
 quisquam vnquam perpeffurus est, vt ea, in-  
 quam, omnia in tui Deus Pater laudem cedant  
 sempiternam, & pro nobis patienti vnigenito  
 filio tuo honori sint & gloria in secula seculo-  
 rum. Adhæc miser ego seruus tuus, afflictorum  
 omnium, qui fortassis crucibus suis rectè vti  
 non nouerunt, te patienti & grato animo lau-  
 dando, vices fideliter implere appeto, atque il-  
 lorum perpeffiones & molestias ipsorum loco  
 in tui laudem refero, quocumque demum illi  
 passi sint modo, easdemq; eorum vice tibi of-  
 fero in vnigeniti dirè perpeffi filij tui laudem  
 perennem, ipsorumq; afflictorum hominum  
 consolationem, siue etiamnum præsens secu-  
 lum eos in carne retineat, siue iam futurū exu-  
 tos corpore susceperit. Quæso miseri & afflicti  
 omnes, qui vna mecum cruces patimini, ocu-  
 los auresq; in me conijcite, & dicta mea atten-  
 tius auscultate. Decet nimirum gaudio & con-  
 solatione affici nos, quamuis afflictos, cõtem-  
 platione dignissimi capitis ac Domini nostri  
 Iesu Christi, qui prior cruces multiuarias ex-  
 pertus est, aded vt in terris degens, nullum vn-  
 quam lætum diem duxerit. Certè si in humili  
 & vili quadam familia non nisi vnus esset ho-  
 mo opulentus, tota illa cognatio haud dubiè  
 eo nomine sibi gratularetur. O I E S V pijsime,  
 præclarissimum caput omnium nostrum cru-  
 ce laborantium, esto nobis propitius, atque v-  
 bi ex humana fragilitate in qualibet afflictio-  
 ne à vera patientia deficimus, tu id apud patrē  
 cælestem sarcias perficiasque. Memento domi-  
 ne, vt quandoque vni ex famulis tuis in ipsa

Na sua

sua aduersitate propemodum desperante  
 tuleris, dicens ei: Bono sis animo fili: me respice.  
 En ego ipse & clarissimis fui ortus natalibus  
 & tamen inops & pauper vir in hoc mundo  
 mul & tenerimus etiam & miserrimus: ex sum-  
 mis fui gaudijs editus, ac nihilominus totum  
 me dolor & crux obsederat. Agedum igitur  
 quotquot sumus summi illius Imperatoris  
 strenui milites, nequaquam animis fragamus  
 quotquot præclarissimum illum ducem sequi-  
 mur, pectus virile sumamus, nec inuiti sumus  
 post illum crucem nostram. Enim uero  
 nulla alia esset afflictionis utilitas, quam quod  
 speculo illi lucidissimo Domino Iesu Christo  
 tanto efficiamur similiore, quanto eum uerius  
 sectamur, esset ea profectò magna satis. Ego-  
 dem sic mihi persuadeo, etiamsi idem post hanc  
 vitam esset præmium daturus Deus patienti-  
 bus & non patientibus aduersa, adhuc tamen  
 meritò potius crucem nos pati uelle debet  
 tantum illius similitudinis obtinendæ causa.  
 Amans namque, suo se conformat adiungit  
 dilecto ubicumque potest. Sed qua ratione  
 tentare aut appetere audemus Iesu rex inuicibilis-  
 sime, ut patienti tibi conformes & assimilabiles  
 efficiamur? O quantum interest inter afflictio-  
 nes tuas & nostras. Tu solus es Domine, qui  
 grauissimè passus es, & tamen nullam unquam  
 crucem commeruisti. Quis uero gloriari de illa  
 possit alius, nullam se unquam meruisse afflic-  
 tionem? Nam etsi una ex parte præter meri-  
 tum patiarur, ex alia tamen habet unde affligi  
 dignus sit. Itaque omnes nos quicumque unquam  
 afflictiones perpepsi sumus, in amplissimum  
 orbem

Afflictionum  
 Quanta uti-  
 litas.

Multum in-  
 ter nostras  
 Seruatorisq;  
 nostri crucis  
 interesse.

orbem vndique confedemus, & te suavissimū  
amicum nostrum in ipsa media afflictorum o-  
mnia corona vel circulo collocamus, arentes-  
que venas nostras præ ingenti desiderio erga te  
omnis gratiæ vitalem fontem latè expandi-  
mus. Solet autem humus præ ariditate vel ma-  
ximè scissa vbertim fusos imbres copiosius ex-  
cipere. Ita etiam nos fragiles multisque culpis  
obnoxij, quanto maiori tibi debito obstricti  
tenemur, tanto magis dilatatis ac hiantibus a-  
nimis & cordibus te intra nos complectimur,  
& quemadmodum tu ipse sacro ore testatus es,  
vel inuitis omnibus volumus ex largiter ma-  
nantibus vulneribus tuis ablui, atque modis  
omnibus ab omni culpa & reatu penitus expia-  
ri: vnde & tibi perennis laus honorq; ex no-  
his refertur, nosque ex te gratiam consequi-  
mur. Ista namque efficacissima virtute pre-  
ciosi sanguinis tui omnis nostra dissimilitu-  
do aboletur. Posteaquam Minister Sapien-  
tiæ diu satis ita quietus resedisset, donec in  
intimis animæ eius penetralibus cuncta hæc  
seruò admodum reuelata essent, deindè surre-  
xit lætus & alacer, egitque gratias Deo pro hac  
præstita sibi gratia.

*Ut Deus afflictos in hoc seculo in ipso eorum afflictionibus  
recreet & consoletur.*

CAPVT XXXIV.

**Q**uadã Paschalis solennitatis die Minister  
Sapientiæ iucundo erat animo. Sedes igitur  
pro suo more eo in loco, vbi quietè  
Nn 2 paulif.

paulisper captare solitus erat, scire cupiebat  
Deo, quid recreationis in hac vita præstitum  
esset ijs, qui illius causa multa forent per  
Interim raptus in ecstasi, ex diuina illumina  
tione huiusmodi responsum accepit: Gaudium  
totis animi visceribus & infracto spiritu, quod  
quot afflicti sunt, & suas cruces animo resig  
to perferunt, certi videlicet patientiam suam  
immensis donandam præmijs. Vt enim multi  
ipsi hic facti sunt miserabiles, ita innumera  
perenni afficientur gaudio spiritali ac diuino  
ob illorum præcipuam gloriam & laudem  
perduraturam. Mecum hic emortui sunt, qui  
que mecum hilariter resurrexerunt. Præ  
tria eis peculiaria præstabo gaudia, carum  
nitatis & excellentiæ, vt ea nullus æstimare  
queat. Primum est, quod optandi à me datur  
ent facultatem in cælis & in terris, & qui opta  
optauerint, semper impetrabunt. Alterum  
quod diuinam eis impartiar pacem maiorem  
quam nec Angeli, nec Dæmones, nec Homines  
nec vllæ demum creaturæ eis queant eripere.  
Tertium est, quod omnes illos intimè excolam  
labor, tamque sitauiter intus amplectar, vt  
num prorsus mecum sint atque æterno perfru  
uerent, sintque ipsi in me, & ego in illis. Et  
agrè affectis cordibus molestum est diu rogare  
nec assequi, ita pro præsentis afflictionis bo  
la ne ad momentum quidem hic mutuum in  
termittetur amor, sed hic inchoabitur & se  
piternò perfruetur, quatenus mortalis imbec  
cillitas pro cuiuslibet conditione plusve mi  
nusve perferre poterit. Hisce rumoribus non  
mediocriter iucundis exhilaratus Minister  
piens

Quæ tria gau  
dia quibus  
obuentura.

I.

II.

III.

Ioan. 17.

OTV  
45



pientie, vbi ad se redijt, exiliens è sella, medul-  
 litus ridere cœpit, ita vt in Sacello vbi tum e-  
 rat, fortiter resonaret: aitque lætus intra sese:  
 Si quis aduersa pertulit, procedat in medium,  
 & conqueratur. Plane de me ipso sic ego statuo  
 & pronuncio, nunquam me in terris, vt mihi  
 videtur, aliquid perpeffum esse. Nescio profe-  
 fto quid fit crux vel afflictio: at probè com-  
 pertum habeo, quid sit gaudium & exultatio.  
 En data est mihi optandi libera potestas, qua  
 careant necesse est innumeri à recto itinere ab-  
 errantes: Ecquid præterea possim aut velim  
 concupiscere? His dictis, ratione & intelligen-  
 tia verit se ad æternam veritatem, dicens: Ob-  
 secro, de his me certiore reddas æterna veri-  
 tas Iesu pijsime, quatenus poterit verbis decla-  
 rari. Latent enim ista penitus plurimos occæ-  
 catos homines. Mox illi intus eiusmodi præ-  
 stita est institutio: Quicumq; rectè sese gerunt  
 in ea sui mortificatione & abnegatione, quam  
 præcedere necesse est in homine, ita vt sibi ipsi &  
 rebus omnib<sup>9</sup> moriatur, quorum heu exiguus  
 est numerus, eorum sensus, & animus vsque ad-  
 eò in Deum aberrarunt ac excefferunt, vt pro-  
 pemodum de seipsis nihil nòrint, nisi vt tum  
 seipfos, cum quæuis alia in sua prima origine  
 capiant. Atque hac de causa tanta afficiuntur  
 voluptate & complacentia ex quibuslibet Dei  
 operibus vel factis, ac si Deus nihil eorum gef-  
 fisset penitus, sed ipsis pro illorum iudicio effi-  
 cienda ea tradidisset. Atque hac ratione in sei-  
 pphis optandi accipiunt facultatem: quãdo qui-  
 dem eis obsequitur ac inferuit cælum cum ter-  
 ra, obtemperantque illis creaturæ omnes eoi-

vt gaudij veri  
 cognitio af-  
 flictionibus  
 attritos, etiã  
 sui suarumq;  
 calamitatum  
 faciat obliu-  
 sci.

Animi dolore  
rem in aduer-  
sis sentire,  
quid sit.

OTW  
45

Voluntatem  
propriam ex-  
tinguere &  
deferere quā  
vtile.

pso dum faciunt quælibet id, quod agunt, omittunt id quod omittunt. Huiusmodi homines nulla in re animi afflictionem sentiunt. Namque animi dolorem vel afflictionem sentire ego appello, cum voluntas hominis deliberata ratione vellet afflictione carere. Nam secundum exteriorem hominem etiam istis quibus agimus, & bene & male habent, vult homines, & plerumque acrius sentiunt dolorem, quam alij ob ipsorum exhaustam naturam: sed nullum in eis locum intus obtinet atque secundum externum hominem immodestè vel impatienter sese gerunt. Alii dè exatiantur hîc, quoad fieri potest, per ipsorum excessum, ita vt in omnibus plebiscito ac stabili gaudio perfruantur. Si quidem in diuina essentia, in quam ipsi animo accedunt, si tamen rectè cum illis actum est, neque dolor neque mœror locum habet, sed tantum latitia: nisi quatenus suapte culpa & vicio peccati consensum labuntur, vnde merito cedit tristitia cuiuslibet ipsum peccatum perpetranti: quantum autem vitij committunt sese commaculant, tantum procul dubio dicitur eis isthæc felicitas vel beatitudo: quantum verò peccatum fugiunt, in eoque sese excruciant abnegant, exceduntque in id, vbi nec dicitur nec molestia animi possit sentiri, ( nisi quod dolorem non putant esse dolorem, nec afflictionem pro afflictione habent) ad eò vt in omnibus vera pace gaudeant, iam certè bene ipsis agitur. Id verò totum præstat propria voluntatis extinctio & omisio. Enimvero contra seipso auidissimo quodam desiderio

fti propelluntur ad exequendam DEI voluntatem & iustitiam. Porro DEI voluntas tam bene eis sapit, tantamque inde capiunt voluntatem, ut quicquid DEI permittit ipsis acciderit, tam eis gratum sit ac delectabile, ut nec velint nec appetant aliud. Nec tamen hæc ita accipienda sunt, quasi hæc ratione illis permittitur non sit orare ac deprecari Deum. Namque ea ipsa DEI voluntas est, ut ipsum oremus. Sed intelligenda sunt iuxta ordinatam proprii sensus & iudicij abnegationem & resignationem in summæ Deitatis voluntatem, quemadmodum dictum est. Atqui occultus quidam hæc hæret scrupulus, in quem plerique impingunt, isque eiusmodi est. Quis enim, aiunt, compertum habet, utrum hæc sit DEI voluntas? Reuera Deus bonum est super essentialiale, quod rei cuilibet interiorius ac præsentius est, quam sit res ipsa sibi: atque illo invito nihil potest fieri, nec durare vel ad momentum. Non possunt ergo non torqueri & cruciari graviter, qui semper diuinæ renitentur voluntati, cuperentque propriæ semper voluntatis libidini obsequi, modo possent. Isti pace non alia gaudent, quam qui apud inferos cruciantur. Nam perpetuò animi mœrore conficiuntur. Contra vero animo omni propria voluntate exuto ac nudato, Deus & pax perpetuò re ipsa respondent, idque æquè in adversis, ut prosperis ac iucundis. Ipse namque reuera adest, qui cuncta agit ac moderatur, qui que est omnia. Qua ergo ratione crux vel afflictio præsens molesta eiusmodi hominibus esse volutate propria nudatis queat, quando in ea Deum cernunt, Deum inveniunt,

N n 4 niunt,

nulla crux molesta, sed est Deus omnia in omnibus.

Rom. 8.

OTV  
45

ntunt, Dei voluntate fruuntur, & suam pro-  
sus nesciunt voluntatem? vt interim taceam  
omnes illas luculentas consolationes & cele-  
stes oblectationes ac delicias, quibus Deus  
fictos amicos suos crebro recreat ac sustentat.  
Nimirum in ipso propemodum caelo isti de-  
gunt: quandoquidem quicquid illis euenit  
vel non eueniat, quicquid in creaturis omnibus  
Deus siue agat siue non agat, cuncta hæc illis  
primè cedunt & cooperantur in bonum. Hoc  
pacto homini æquanimiter aduersa patienter  
etiam in hac vita pars quædam præmij retri-  
bitur, eò quod in omnibus pace & gaudio pa-  
tiatur, & post obitum vita eum consequatur  
æterna. Amen.

De spiritali Ministri filia.

CAPVT XXXV.

Elizabeth Staglin qualis.

**E**odem fermè tempore Minister Sapien-  
tiæ filiam habuit spiritalem professionis  
Dominicanam, in clauso quodam curia-  
dam oppidi cœnobio degentem, vocabulo Elizabeth  
Staglin, cuius externa vita & conuersio  
tio admodum sancta, & interior animus placidus  
angelicus erat. Præclara illa conuersio, qua  
totam anima & corde ad Deum transtulit, tantum  
erat fortis, efficax, & vehemens, vt ab omni-  
bus statim rebus superuacaneis cunctisque vani-  
tatis, quibus multi æternam suam salutem  
negligunt ac impediunt, prorsus expediretur.  
Omne illius studium eò intentum ferebatur  
vt spiritalibus posset institutionibus imbuatur  
quibus

quibus ad beatam perfectamque obtinendam vitam, cui vni vnicè inhiabat, dirigeretur. Siquid vspiam didicisset pium ac salutiferum, quod tum ipsam, tum alios ad spirituales capefendas virtutes posset prouehere, id diligenter annotabat. Imitabatur planè sedulas apes, mel dulcissimum ex multigenis floribus comportantes. In cœnobio illo, vbi inter alias virgines morabatur ceu virtutum omnium viuū quoddam simulachrum, quamuis affecto & debili esset corpore, tamen librum quendam confecit non parum magnum, in quo inter alia conscripserat vita functarum virginum sanctam & religiosam viuendi rationem, & quam stupenda ac mira in eis Deus effecisset: quæ sanè cum primis ad pietatem excitant homines Deo deuotos. Eadem virgo notitiam contraxit Ministri Sapientiæ, ad cuius discendam vitam ac institutiones multa cum deuotione diuinitus permota fuit: sicque factum est, vt occultè admodum qua ille ratione per omnia penetrasset in Deum, seseq; primum abnegasset, ex illo expiscaretur; idemque in scripta retulit, vt iam superius dictum est, & infra referetur. In primo conuersionis eiusdem virginis initio multa illi sublimia & ad intellectum pertinentia inciderunt, captu admodum difficilia, vtpote de simplici ac nuda diuinitate, vt res omnes creatæ nihil sint, de sui resignatione, de formarum ac simulachrorum omnium expulsionem ac absterfione, atq; id genus alijs, quæ & elegantibus erant ornata verbis, & lectori miram adferebant animi voluptatem. Sed in his id latebat detrimenti ac perniciæ, quantum ad simplices

Nn 5 plices

plices & primum inchoantes homines per-  
 nebat, quod ob necessariæ discretionis dis-  
 sum, quo etiãdum illa virgo laborabat, ve-  
 ba illa dictaque possent in hanc atque illam  
 pi partem, & æquè ad carnem vt ad spiritum  
 accommodari, prout lector affectus esset. In  
 seipsis quidem erant optimæ institutiones, nec  
 tamen ipsa se indè expedire poterat. Quamob-  
 rem scriptis orauit Ministrum Sapientia, vt  
 ipsi suppetias ferret, & ad planum regiumque  
 ipsam iter deduceret. Sed quia ante dicta  
 rum institutionum voluptate etiam ipsa non  
 nihil capta erat, scripsit ei, vt intermissis rub-  
 oribus institutionibus, de sublimibus illis  
 suprã memoratis rebus ad ipsam perscriberet.  
 Ad quæ Minister ita respondit: Si quidem illis  
 de eiusmodi altis rebus præ admirationem  
 me cupis certior fieri, vt illis cognitis, de spiri-  
 tu possis commode eloqui, facile te pauca  
 pediêro verbis, quæ tamen te gaudio effere  
 non debeant, maximè quãdo hinc facile po-  
 tes in perniciosos errores abduci. Vera sancti-  
 tas & profectio non in pulchris est verbis  
 sed in bonis operibus & rectè factis. Si verò  
 te ad percontandum incitat, vt possis ea viu-  
 do assequi, fac quod hortor, ommissisq; inter-  
 raris & præcellis hisce quæstionibus, ea potius  
 inquiras, quæ tibi magis conueniant & accom-  
 moda sint. Vt mihi quidem videtur, mone-  
 lis etiamnum es & iuuenis & parum exercita-  
 ta: quamobrem tibi tuique similibus longet-  
 tilius & conducibilis fuerit, nõssè vt primum  
 incipiendum sit, & de vita actiuosa salutari-  
 que accipis exemplis, vt videlicet ille atque ille

Vera sanctitas  
 in quibus cõ-  
 sistat.

Dei amicus, qui simili modo suæ vitæ emendationem sint auspicati, principio quidem in Christi vita & passione sese exercitârunt, quænam perpetim perpessi sint, vt sese foris ac intus gesserint, vtrum à Deo suauitate an sterilitate tracti sint, & quando denique vel quo pacto rerum formis & imaginibus absoluti fuerint. His nimirum homo inchoans prouocatur, dirigiturque ad apprehendendam perfectionem, & ea, quæ sunt viciniora salutis, quâuis possit hæc eadem Deus in momento prestare homini, quod tamen non solet, sed labore & concertatione ea obtinenda sunt. Ad hæc rescripsit virgo iam dicta: Non ego sublimibus & subtilibus in hio verbis, sed vitæ sanctimoniz ac integritati, eaque omninò fiat animi sententia, rectè ac ordine profequi, vtcunq; molestum & acerbum id fuerit. Siue fugere oporteat, siue perpeti, siue emori, siue quodlibet aliud sit, quod me ad supremam possit perfectionem euahere, id planè persequi decreui. Nec est quod te absterreat Pater naturæ meæ imbecillitas. Quicquid ipse iubere ausus eris, etiamsi naturæ doleat, id equidem, diuinæ virtutis freta auxilio, exequi non verebor. Incipe primum à minimis, & sensim ad altiora me deducito, quemadmodum puerum scholasticum solet ludimagister ea primum docere, quæ pueritiæ congruant, ac subindè magis magisque promouet ad studia potiora grauiorata, donec in magistrum euadat. Vnum est, quod te oratum velim, quæso ne id abnuas, vt non modò abs te dirigar ac instituar, sed

confir-

Quib. ad perfectionem quisquam nouit incitetur apprehendendam.

Ardens piaz virginis proficiendi defectum.

**Pelecanus**  
quāto pullos  
suos amo-  
re prosequa-  
tur.

confirmet etiam & corroborer in quibuslibet  
quæ mihi possint accidere, aduersitatibus. Scilicet  
citante Ministro, quænam ipse esset petri-  
respondit. Ex alijs didici mi Domine, pelica-  
num ea esse natura, ut rostro seipsum vultu-  
ret, ac proprio cruore suos alat pullos, natura  
victus amore. Quo exemplo id ego significare  
re volo, ut tu quoque eodem modo me mihi  
ram ac indignam filiam tuam esca spiritalium  
piarum institutionum tuarum foueas ac nutri-  
ceris, nec eas aliunde colligas, sed ex te ipso pe-  
tas. Quanto namque propius quid ipse experies,  
propriaque didicisti vita tua, tanto magis au-  
ficiet ac permouebit sitibundam animam meam.  
Ad hæc Minister rescripsit in hunc modum:  
Non ita pridem sublimia quædam dicta  
mihi exhibuisti, quæ tu ipsa tibi collegeras et  
mellissimis sanctæ memoriæ Doctoris Bo-  
kardi scriptis, quæque ita ut par est, magno ho-  
dio & amore conseruas. Non possum ergo non  
vehementer admirari, quod post haustum pre-  
clarissimi illius viri eximium nectar, tam copio-  
re te sitire significas humilis Ministri simplici-  
cem ac rusticum potum. Quamquam dum id  
recte perpendo, non sine ingenti gaudio tuam  
hac in re prudentiam & industriam compen-  
satio, quod studiosè inquiras, quæ prima  
sint initia sublimis ac securæ vitæ,  
aut quibus exercitijs ad eam  
primò pertingen-  
dum sit.

OIV  
45



De hominis inchoantis primis initijs.

CAPVT XXXVI.

**A**T verò sanctorum omnium exordia diuersa sunt, aliud huius, aliud illius. Interim tamen non committam, quin de illo agam rectoris vitæ initio, de quo tu cupis certior effici. Noui ego hominem in Christo, qui cum incipere meditaretur, primò conscientiam suam integra confessione expurgauit: eratque tum totus in eam intentus curam, vt confessionem illam ritè perageret, errataq; sua omnia prudenti ac discreto confessario explicaret, sicq; ab eodem Dei vices gerente mundus & immaculatus recederet, remissis ipsi cunctis peccatis, perinde vt beatissimæ Magdalenzæ, corde compuncto & flentibus oculis Christi sacra vestigia abluenti, eodemq; Christo omnia illi peccata condonante. Hoc, inquam, illius hominis primum fuit erga Deum initiū. Quod ubi percepit antedicta virgo, suo affixit animo, volensque etiam ipsa similiter agere, toto affectu Ministrum illū ceti maximè idoneum cœpit velle habere confessarium, hoc ipso id etiam spectans, vt ratione confessionis, illius quoque filia spiritalis efficeretur, esseq; in fide Dei tanto commendatior. Sed quia certis quibusdam ex causis non poterat illi ore confiteri, totam suam commemorauit vitam, quæ reuera innocens & immaculata erat, & vbiq; pro sua opinione vnquam deliquerat, in grandi conscripsit tabula cerea, eamq; signatam illi misit, rogans vt absolutionem ipsi impartiret.

Initium vitæ  
melioris in-  
tegræque  
cōfessio pec-  
catorum.

Luc. 7a

partiretur. Perlecta ergo illa confessionis  
 bula, ad calcem ita scriptum offendit: Venerabilis Domine, misera ego peccatrix tuam  
 noluta vestigijs, obsecro vt fidiſſimo corde  
 me in cor diuinum reducas, patiarisque mea  
 & dici filiam tuam in temporaria ac eterna  
 ta. Hac ille fidenti virginis huius deuotione  
 medullitus commotus, ad Deum se conuertit  
 ait: Ecquid dicam piſſime Domine? An me  
 pellam eam? Certè id ego nec cani poſſim  
 cere: & ſi id agerem, fortassis dedecori eſſet  
 bi Domino meo: quando quidem illa diuini  
 Domini ſui in eius famulo requirit. Itaque  
 mentiſſime Domine vna cum illa tuis aduolu  
 tus pedibus, obsecro eam exaudias. Proſtra  
 fides ſua & pia confidentia. Clamat enim po  
 nos. Cogita quid olim feceris mulieri illi  
 nanitidi. Certè piſſime Domine tam apud  
 celebris eſt & peruulgata immenſa benignitas  
 tua, vt etiam multò pluribus peccatis meis  
 debeas veniam dare. Clementiſſime Ieſu, ben  
 gniſſimos oculos tuos ad illam conuerte. Da  
 vnicum illi conſolatorium verbum: Conſolator  
 filia, fides tua te ſaluam fecit. Sitque id oro  
 mum & ratum & meas ergo illà vices imple  
 ſiquidem ego quod meum erat, feci, optans  
 pleniffimam peccatorum omnium veniam. De  
 indè cum eodem nuncio reſcripſit illi: Quod  
 Deo per Miniſtrum petiſti, præſtitum tibi re  
 ueris, certumque habeas iam antè id illi ſu  
 à Deo reuelatum. Eodem namque die mane  
 admodum poſt abſolutas preces ſuas paulisper  
 quieturus reſedit, conſopitiſque exterius ſer  
 ſibus per viſum multa ei diuinæ bonitatis  
 etacul

Matth. 15.

OTV  
45

Facula obiecta fuere. Inter alia ex diuina irradiatione didicit, vti Deus angelicos spiritus maximis affecerit gaudijs, summaque felicitate donarit, & vt singulis pro singulari quodam ordine at discrimine peculiare indiderit proprietates, quas verbis non posset explicare. Atque cum aliquamdiu cum illis beatissimis spiritibus caelesti sese recreasset voluptate, effectusque animo exhilaratus ex stupendis illis & admirandis, quæ illius anima persenserat, illustrationibus, in eadem visione ad sese ingredi te vidit, coramque ipso assistere inter angelorum frequentiam assidente, moxque serio admodum flexis humi genibus faciem tuam ad cor ipsius reclinare, atque diu satis ita te permanere, ad spectantibus illis angelicis spiritibus. Mirabatur autem ipse Minister audaciam: quamquam ea ciuilitate ac honestate composita eras, vt benignè te toleraret. Quid verò gratiæ in illo misero recumbens corde à Deo consecuta sis, tu ipsa optimè nôsti, poteratque in te animaduerti. Non post longam moram cum te erexisses, facies tua tam iucunda, serena, gratiosa apparuit, vt posset perspicuè intelligi singularem quandam gratiam tibi & contulisse Deum & adhuc collaturum per cor illud, adeò vt Deo laus, & tibi inde accedat consolatio. Eodem ferè modo contigit alteri cuidam, præclaræ sanè ac admodum religiosæ virgini in castro quodam commorari, Annæ vocabulum habenti, cuius vita omnis non nisi mera perpessio fuit. In ea DEVS magna & admiranda operatus est à primæ ætatis initijs ad mortem vsque. Hæc autè quàm nôisset  
Mia-

Ministrum Sapientia, & vel auditu qui  
 de eo percepisset, vice quadam inter orationes  
 facta in ecstasi, vidit vt in caelesti patria  
 Deum contemplantur & laudent. Petijt autem  
 à D. Ioanne Euangelista, qui illius erat Apo-  
 stolus, cuiq; speciali deuotione afficiebatur, vt  
 eius confessionem reciperet. At ille per bene-  
 respondit, daturum se ipsi suo loco bene-  
 dictum confessarium, cui Deus plenam in-  
 contulisset authoritatem siue potestatem,  
 qui abunde eam posset consolari in multitu-  
 dine ipsius afflictionibus. Perquirente autem  
 Virgine, quisnam ille esset, quiq; vocatus  
 cuncta illi ab Apostolo declarata sunt. Illa  
 pietas agens Deo, primo mane surrexit, ad  
 cenobium, quod missa erat à Deo, inquit  
 vbi Minister foret. Itaque Minister vocatus  
 portam cenobij accessit, & interrogauit  
 quid negocij haberet. Exposuit ea illi ten-  
 erat, & confiteri cœpit. Ille cognito quod  
 nitus ad ipsum missa foret, permisit eam  
 teri, & illi satisfecit. Narrauit autem Minister  
 eadem sancta virgo, vidisse se quandoque  
 spiritu pulcherrimam rosaceam arborem  
 imijs iisdemq; rubicundis conspicuam ro-  
 hac arbore apparuisse puerulum Iesum  
 ferto ex rubicundis confecto rosis. Sub ipsa  
 tem arbore sedisse Ministrum. Porro  
 paruulum per plures carpentem rosas, in ipsa  
 Ministrum coniecisse, donec totus esset  
 oblitus. Sciscitanti autem virgini equid  
 rosæ illæ vellent, puerulus respondit: Rosæ  
 stæ multæ numero, multijuges significant  
 ces, quas Deus Ministro permittet euenire,

OIV  
 45

Ille suauiter ac comiter accipiet ex Dei manibus, & feret patienter.

*De primis hominis incipientis institutionibus & exemplis siue figuris, vtque eius exercitia cum discretione debeant esse coniuncta.*

## CAPVT XXXVII.

Ceterum vbi in primo rectioris vitæ exordio per confessionem sese Minister ritè repurgarat, sua ipse sibi cogitatione tres præfixit circulos vel terminos, intra quos pro spiritali custodia ac obseruantia sese incluse & cohibuit. Primus circulus erat, eius cubiculum, Sacellum, & Chorus Templi. Intra hunc ambitum constitutus, satis sibi in tuto esse videbatur. Alter erat circulus totum cœnobium intra portæ limites. Tertius idemq; exitus, ipsa erat porta, vbi multa illi opus erat circumspeditione & custodia. Extra hos autem tres terminos si quando processisset, nihil sibi differre videbatur à siluestribus bestiis extra suam speciem progressis & à venatoribus circumdatis, quibus haud dubiè magna opus est industria & arte qua se tueantur. In ipso quoque suæ conuersionis principio quendam sibi secretum delegerat locum, nempe Sacellum, vbi suæ deuotioni etiam per imagines satisfaceret. Speciatim verò cum adhuc adolescentulus esset, in membrana sibi depingi curarat æternam Sapientiam cælo terræque præfidentem, miraque pulchritudine & formæ elegantia ac amabili

Oo

cabili

cabili specie creaturarum omnium deo  
facile superantem, vnde eam sibi in ipso  
tutis flore in sponsam & amicam adscru  
Hanc imaginem mirè formosam secum du  
re solebat, quamdiu studij causa alio profic  
cogebatur, eamque sibi ob oculos ponebat  
sui cubiculi fenestram, & intimo cordis affix  
sæpius eam intuebatur. Ad extremum secum  
eam domum reduxit, & sincera animi int  
tione in ipso Sacello eam collocavit. Quas  
rò præterea illic imagines habuerit, pro  
rum obiectis, prout ipsi alijsque inchoant  
congrueret, satis potest aduerti ex pictis  
Sacello figuris & sententijs antiquorum  
trum, quæ hic partim ascriptæ sunt, ita  
Sacello erant delineata, magisq; sensum qu  
verba expressimus.

ABBAS Arsenius interrogavit Angelum  
quid faceret vt saluus fieret. Diciturq; est illi  
Fuge, Tace, Quiesce. In visu quodam Angelus  
Ministro ex vitis patrum eiusmodi legitur  
sententiam: Fons & origo bonorum omnium  
iugiter secum commorari.

ABBAS Theodorus: Puritas cordis ma  
rem confert scientiam, quam studium ipsius  
ABBAS Moyses: Sede in Cella tua, & ipse  
de omnibus instituet.

ABBAS Ioannes: Externum hominem tu  
serua in silentio, & internum in puritate.

IDEM: Piscis extra undas, & Monachus  
tra Cellam, æquè deficiunt.

ANTONIUS. Corporis castigatio, cordis  
deuotio, & secessus ab hominibus, efficiunt  
tuentur castitatem.

Castitatem  
que confer  
rent.

§

**IDEM:** Nullam geras vestem, quæ præ se ferat vanitatem. Primum noui tyronis certamē aduersum vitia fortiter dimicare.

**ABBA S** Pastor: Nulli vnquam indignaberis, etiamsi vel dextrum tibi impleatur oculū curare.

**ISIDORVS** Abbas: Homo iracundus displicet Deo, quamlibet magna signa efficiat.

**IPERICIVS:** Minus peccat, qui tempore vitæ carnes edit, quam qui proximo detrahit.

Detrahit quantum malum.

**ABBAS** Pior pessimum est aliena tractare vitia, propria dissimulare.

**ZACHARIAS:** Magnoperè illum contemni necesse est, qui velit esse perfectus.

**NESTOR.** Asinus ante fias oportet, quam diuinam obtineas sapientiam.

**SENE X** quidam: Mortuorum instar in aduersis & prosperis semper immotus permanes.

Ornatus religiosi quis.

**HELIAS:** Pallidus vultus, confectum marie corpus & humilis incessus ac conuersatio, probè ornant religiosum hominem.

**HILARION.** Equo lasciuo & petulati corpori de sca detrahendum est.

**SENE X** quidam: Aufer à me vinum: siquidē mors animæ in illo latet.

**PASTOR:** Nequaquam ille Monachus celandus est, qui adhuc conqueritur, nec iratā compescere, multiloquium fugere, suisq; contemptum ferre nouit.

Mores nostri qui com-  
ponendi.

**CASSIANVS.** Ut sese Christus gessit in cruce moriens, ita nostros debemus mores componere.

Oo 2

AB

ABBAS Antonius ad fratrem quendam  
Agè frater salutis tui curam geras, aut certe  
que DEVS, neque ego vnquam tibi conuincere  
poterimus.

✠ ARSENIUM Abbatem cum muliere quorundam  
rogasset, vt ipse esset memor apud Dominum.  
At ego, inquit, oro Deum, tui memoriam in  
nimo meo prorsus excludat.

✠ MACARIUS: Vexo corpus meum  
diuexans, multisque affligens me tentationibus.

IOANNES Abbas: Nunquam pro  
voluntati obsecundatus sum, nec vnquam  
verbis alios docui, quod ipse factis non  
stitissem.

SENE X quidam: Multa pulchra verba  
que rectè factis, inania sunt, perinde vt arbor  
multis abundans folijs, & fructu vacua.

NILVS: Qui in mundo multum vult  
habere, multa is quoque vulnera accipere  
cesse est.

Caste vitæ  
meritum.

SENE X quidam: Si nihil potes aliud in  
la exercere operis, vel parietes illius, Deum  
re, custodias.

IPERICIVS: Qui castè viuit, is honoribus  
afficitur, & à Deo coronatur.

APOLLONIUS: Principijs obsta, & caput  
serpentis contere.

AGATHON Abbas: Triennio lapidibus  
retuli, vt filere discerem.

ARSENIUS: Sæpè me locutum doluisse  
cuisse nunquam.

SENE X à quodam iuvene requisitus quid  
illi, t



tu tacendum sibi foret, respondit: Donec interrogaretur.

**SANCTA Syncretica:** Dum ægrotas, gaude: In aduersitatibus curgandum. 2. Cor. 12.  
 tamque Deus tui meminit. Nec morbi causam  
 tui assignes, si quidem & qui non ieiunant,  
 egre habent. Si corporis vexaris tentationi-  
 bus, itidem gaude, quod alius ex te Paulus  
 possit effici.

**NESTORIUS.** Nunquam me Sol mandu-  
 cantem vidit.

**IOANNES.** Nunquam me Sol irascentem  
 intuitus est.

**ANTONIUS.** Discretio inter virtutes faci-  
 le primas sibi vendicat, id est, vt in omnibus  
 solis medium attingere & adhibere modum.

**PAPHNVTIVS:** Nihil iuuat benè cœpisse,  
 nisi ad finem perseueres.

**ABBAS Moyses.** Quicquid animi officit pu-  
 ritati fugiendum est, quantumuis bonum ap-  
 pareat.

**CASSIANVS.** Totius perfectionis scopus  
 est, vbi anima cum vniuersis viribus suis in v-  
 nicum illud vnum quod Deus est, recepta est. Luc. 10.

Hæc figuras & sententijs Patrum filia suæ  
 spiritali Minister misit ea mente, vt etiam ipsa  
 corpus suum Patrum illorum exemplo fenerè  
 castigaret. Quod illa suscipiens, cœpit subtra-  
 here sibi, seseque affligere cilicinis vestibus &  
 funibus, horrendis vinculis, acutis clavis fer-  
 reis, atque id genus alijs multis. Quod vbi Mi-  
 nister percepit, hæc illi mandauit. Si quidem  
 filia vitam spiritalem pro meo consilio duce-  
 re decreuisti, quemadmodum à me ipsa peti-  
 sti, missum fac eiusmodi nimium rigorem &

O o 3 asperi-

asperitatem. Neque enim vel fœminea imbecillitati, vel benè constitutæ naturæ ac habitudini tuæ ea congruit. Non dixit Christus, *Tolte meam crucem in humeros vestros*, sed *Tollat quisque crucem suam*. Non debes vellemari Patrum antiquorum rigidam severitatem nec etiam aspera spiritalis Patris tui exercitiorum. Sed ex his duntaxat quædam tibi desumes, quæ corpusculi tui infirmitas benè perpetuabit, ut vitia quidem in te extinguas & perimatur corpore diu viuas. Ea nimirum præclarior exercitatio, tibi que utilisissima. Cum autem illa scire vellet, cur ipse Minister tam duræ esset amplexus exercitia, quæ tamen nec ipsi alijs consuleret sic etanda, ad scripturas Patrum eam remisit, dicens: *Literis proditum est, quod inter Patres quosdam penè inhumanam asperitatem præ quam credi possit, asperam egisse videtur. aded ut hisce recentioribus temporibus delectati quidam homines non possint id sine dolore vel audire saltem. Non enim attenditur quantum feruens amor & strenuitas cum virtute cõiuncta, & agere & perpeti queant pro causa Dei. Huiuscemodi feruenter amantibus, omnia etiam impossibilia, planè possibilia sunt in Deo. Ita David in Psalm. *In Draconibus transgrediar mare*. Contra verò in scripturis Patrum vitis æquè annotatum legimus, quoddam hanc asperitatem & rigorem præcipuisse: & tamen utrique ad vnum spectant scopum. D. Petrus & Ioannes Apostoli non eodem tracti fuere modo. Quis hæc omnia mira sanè, absolueret & explicare queat? nisi quod mirabilis est Deus in sanctis suis, & licet*

Math 16.

Luc 9.

Cruz cuique  
sua ferenda.

Psalm 17.

Psalm 67.

OIV  
45

dum multitudinem magnitudinis suæ diuer-  
 sis vult modis laudari? Deinde non omnes ea-  
 dem sumus corporis & naturæ habitudine præ-  
 diti. vnde quod vni proficit, alteri officit. Non  
 ergo putandum est, si quis fortassis talem rigo-  
 rem amplecti nequeat, ea re impediri eum quò  
 minus summam possit perfectionem assequi.  
 Quamquam alia ex parte non debent molles ac  
 delicati in alijs eiusmodi rigida exercitia & a-  
 speram viuendi rationem spernere aut dam-  
 nare, vel in partem peiorem interpretari. V-  
 nusquilibet tantum in seipsum intentus sit, ob-  
 seruetque quid ab ipso requirat DEVS, & illi  
 satis faciat, alijs prætermittis. Vt plurimum  
 sanè satius est, moderatum ac discretum sequi  
 rigorem & seueritatem, quam nimiam ac in-  
 discretam. Sed quia difficile est medium te-  
 nere, præstat paululum à medio deficere, quam  
 plus satis ipsum excedere. Fit enim haud rarò,  
 dum naturæ nimium inordinatè subtrahitur,  
 vt postmodum necesse sit inordinatè nimium  
 illi indulgere: tametsi plerique insigni sancti-  
 tate Patres, præ ardentissimo feruore hac in  
 parte exceßerunt. Eiusmodi rigida viuendi ra-  
 tio & exempla memorata illis conferre queat,  
 qui sibi ipsis nimium propicij sunt, nimisq; mol-  
 liter se habent, ac petulanti & indomito corpore  
 suo in sui perniciem dedita opera abutuntur.  
 Porrò tibi actui similibus non ita conueniunt.  
 Habet Deus varias cruces, quibus suos castigat  
 & probat amicos. Equidè sic sentio Deum aliã  
 tuis velle humeris crucem imponere nõ paulò  
 molestiorem, quam sit ista corporis castigatio.

O. 4. Eam

Cuique sibi  
 ipsi tantum  
 intendendū.

Vitæ rigor  
 quibus con-  
 ducat & qui-  
 bus non.

Eam ubi accesserit, æquo animo recipe. Ne  
 multò post elapso tēpore cœpit Deus hanc  
 ginem diuturnis afficere morbis, ita ut corp  
 ris aduersa laboraret valitudine ad extremam  
 vitæ suæ diem. Scripsit autem Ministro  
 accidisset, quemadmodum ille antè prædi  
 rat. Cui tale Minister responsum reddidit  
 literas: Non solum per me filia charissima  
 us tibi futuras prædixit cruces tuas, sed ma  
 iam in te afflixit & læsit, maximè quando  
 minem alium habeam, qui deinceps par  
 dio & tam sincera fide suam mihi commo  
 turus sit operam in absoluendis conficiendis  
 ve lucubrationibus meis, perindè ut tu feci  
 cum incolumis esses. Eam ob rem idem Min  
 ster Deum ex animo pro te orauit, si sibi gra  
 esset, ut salutem tibi restitueret. Sed cum  
 voto non statim exaudiretur, amicabili  
 dam indignatione erga Deum motus, dixit  
 nullos posthac de ipso conscripserunt libellos  
 atque etiam matutinam illam salutationem  
 qua erat uti solitus, sese omisurum, nisi te  
 nitati redderet. Cum igitur sub hac animi per  
 turbatione in Sacello pro consuetudine se  
 se recepisset, à sensibus abstractus, videre  
 visus est angelorum frequentiam in ipsum  
 cellum ingredi, & eius consolandi gratia  
 ste carmen depromere. Nouerāt enim id  
 poris haud vulgari eum afflictione vexatū.  
 Sciscitantibus autem illis quid ita mœstus  
 set & cur ipsis cantantibus se socium non ad  
 geret, falsus est illis animi sui perturbationem  
 qua commotus esset erga piissimum Deum,  
 quod suas nollet exaudire preces salutis tuæ  
 casu

OIV  
 45

causa fufas. At illi hortabantur eum vt quiefceret, nec ita fe gereret: quando quidem DE V S 2. Cor. 12. eam tibi permiffiffet euenire corporis aduerfam valetudinem pro fuma utilitate tua, atque eandem fore crucem tuam in hoc feculo, qua & in prefenti maximam gratiam, & in futura vita multiplex primum tibi fis comparatura. Ergo filia patiens esto, & afflictionem hanc non nifi ex Dei prouidentia ceu munus gratiffimum accipe.

*De puerili deuotione in nouis Chrifti tyronibus.*

CAPVT XXXVIII.

POSTea Miniftrum uifitandi caufa ad fe uenientem, ægrè affecta hæc uirgo rogauit, vt quippiam de rebus fpiritualibus fibi referret, quod non magnam præ fe ferret feueritatem, & tamen animo Deum amanti effet iucundum auditu. Cœpit ergo Minifter illi quædam commemorare de fua puerili deuotione ac pietate, aitque Minifter cum ætate adhuc iuuenili uiuido effet animo, multo tempore eum feruabat morem, vt ubi uenam fibi incidi permiffiffet, ad Chriftum fe fe reciperet in cruce pendentem, pro latoque faucio brachio fuo, intimis cum fufpirijs diceret illi. O amicorum omnium longè chariffimè Domine Iefu, recorderis obfecro hanc inter homines uerfari confuetudinem, vt amici fuos accedant amicos, cum fibi fanguinem minuerint, quo falubrem poffint recuperare fanguinem. Atqui tu

Ad incifionē  
uene in ætate  
adhuc iuue-  
nili, ut fe Mi-  
nifter gelfe-  
rit.

Qo 5 ipfe

ipse nōsti mi Domine, neminem te vno  
 esse chariorem. Hac de causa ad te venio,  
 huic meo benedicas vulnere, & bonum mihi  
 sanguinem crees. Eodem adolescentiæ suæ  
 tempore postquam rarus erat, & elegantissimo  
 colore eius colore perfunderetur, ad Dominum  
 Iesum se cōtulit dicens. Suauissime Iesu, si  
 vultus & os meum rosarum omnium colorum  
 quantumuis gratum vinceret, non nisi tibi  
 hanc pulchritudinem tuus Minister exhibere  
 Et quamuis cor ipsum tu potius inspicias,  
 externa non admodum attendas, hoc ipse  
 men cor meum quandam tibi amoris signi-  
 cationem exhibet, quod ad te, non ad alium  
 liquem, me confero. Si quando nouam tunica  
 aut cucullum induisset, primò ad solium  
 recipiebat locum suum, orabatque cæli Domi-  
 num, cuius beneficio id esset vestimenti con-  
 ductus, vt eam vestem sibi vellent esse salutarem,  
 præstaretque ipsi pro sua gratissima volumina  
 eam detorere. In puerili etiam num ætate  
 constitutus, Vere nouo aduentante, & pulcherrimis  
 erumpentibus flosculis, pro consuetudine  
 sua retinebat sese, ne flosculos vel carperet  
 aut tractaret, donec spiritali amicæ suæ iu-  
 dam & peramcenam ex ipsis floribus coronam  
 conficeret, in qua primò quem carperet  
 florem, in Dei matris honorem inseruit. Do-  
 inde vbi tempus illi adesse videbatur, decer-  
 bat flores non sine multis amantissimis cogi-  
 tationibus, absportansque eas in cubiculum  
 fertum inde efficiebat: ingressusque Chorum  
 Templi aut D. Virginis Sacellum, coram ipsius  
 imagine flexis humilimè genibus, eiusdem  
 ima

Puer adhuc  
 qualiter ser-  
 uum Dei parat  
 facturus flo-  
 res carperit

imaginis capiti fertum imponebat, ea animi intentione, quod ipsa esset flos omnium gratissimus, sui que cordis vernans amoenitas orabatque ut primitias florum à suo seruulo oblatas non despiceret. Quodam tempore, cum pulcherrimam illam Dominam suam eiusmodi decorasset corona, in visu cælum ipsi patere videbatur, cernebatque lucidissimos spiritus angelicos splendidis amictos vestibus sursum deorsum volitare: simul etiam auribus hausit melodiam, longè omnium que ynquam audita sint, suauissimam ab illis iucundissimis spiritibus in cæli palatio decantatam. Speciatim verò carmen quoddam de virgine matre concinentes illos audiuit tantavocum harmonia, ut præ nimia voluptate totus animo colliquesceret. Erat autem carmen simile illi, quod omnium Sanctorum solenni die in Sequentia (ut vocant) canitur: **ILLIC REGINA VIRGINVM TRANSCENDENS CULMEN ORDINVM, &c.** Cœpit autem etiam ipse vna cum illis canere. Hausit ibi tum anima illius plurimum cælestis gustus & suauitatis, ardentisque erga Deum desiderij. Alio item tempore sub Maij initium amantissimæ illi Dominæ suæ cælorum Reginæ iuxta morè coronam rosaceam magna cum deuotione imposuerat. Eodem autem die mane admodum somnum sibi indulgere volens, ed quòd ex itinere fessus domum redijisset, proponensque ea vice gloriosam virginè insalutatâ dimittere, vbi surgendi iuxta consuetudinem illius hora aduenit, videbatur sibi velut in cælesti quodâ Choro consistere, vbi Magnificat in Dei matris laudem.

laudem decantabatur. Eo finito, virgo illa  
 cratissima accessit ad Ministrum, præcepitque  
 ut versum illum canere inchoaret, O VA-  
 NALIS ROSVLA, &c. Cogitabat ille quod  
 hac re sibi vellet, ac nihilo minus obtemperans  
 ei volens, hilari animo cantare cœpit, O VA-  
 NALIS ROSVLA: moxque ex illa angelica  
 familia in Choro adstante, tres vel quatuor  
 adolescentes simul cum illo suas iunxerunt  
 voces: deinde certatim reliqui omnes: can-  
 bantque tam magnanimitè ac suaviter, ac fir-  
 niuersa illic instrumenta Musica resonuissent.  
 Sed eam cantus nimiam suauitatem infirma e-  
 ius natura ferre non valente, ipse ad se reuer-  
 sus est. Altera post assumptionem eiusdem vir-  
 ginis die ingentia cœlestis patriæ gaudia iterò  
 videre permissus fuit, sed nemo intrò admi-  
 tebatur, qui indignè accessisset. Itaque Minister  
 admodum nitentem ingredi, adolescens quid-  
 dam per manum apprehendit, aitque: Non est  
 ut putes frater hac vice licere tibi ingredi: sed  
 hic foris subsiste: quandoquidem debito ob-  
 strictus teneris, culpamque tuam satisfactione  
 diluas oportet, ante quam possis cœlicas audi-  
 re cantiones. His dictis, per viam flexuosam et  
 tortuosam duxit eum in antrum quoddam  
 subterraneum, prorsus obscurum ac inane et  
 horrido adspectu. Non poterat hac illac ve-  
 gri Minister, perinde ut illi, qui in vinculis  
 coniecti, neque Solem, neque Lunam videre so-  
 nuntur. Hic ille misere afflictatus, cœpit alta  
 trahere suspiria, & gestus præ se ferre lamen-  
 tabiles ob suam captiuitatem. Paulò post re-  
 uersus adolescens, petijt ab eo, ut haberet  
 Respon-

OIV  
 45



Respondit ille, pessimè se habere. Tum adoles-  
 scens: Noueris, inquit, summam cælorum Im-  
 peratricem inpræsentiarum irato in te esse a-  
 nimo ob culpam illam, cuius causa hic capti-  
 uus detineris. Ac Minister hinc valde perterri-  
 tus, ait: Heu me miserum, quid tamen erga il-  
 lam deliqui? Respondit Adolescens: Indignè  
 fert, quod tam inuitus de ipsa concionaris in  
 illius solennitatibus, aded vt heri etiam in il-  
 lius præcipua celebritate superiorib<sup>9</sup> tuis nol-  
 le te de ipsa concionem habere responderis. Ad  
 hæc Minister: Ego, inquit, mi Domine tantæ  
 eam dignitatis existimo, vt me indignum pu-  
 tem, qui de ipsa verbum faciam ad populum:  
 atque eam ob rem senioribus magisque ido-  
 neis hanc ego prouinciam relinquo, quod pla-  
 ne sentiam longè eos præclarius de ipsa con-  
 cionari, quam miser ego possim. Contra autem  
 affirmante adolescente, quod Dei genitrix ip-  
 sius conciones perquam gratas haberet, nec de-  
 bere eum posthac id officij subterfugere, ille  
 solutus in lachrymas, dixit adolescenti. Quæ-  
 so te charissime, concilia mihi gratiam beatif-  
 simæ matris Dei. En polliceor tibi fide mea, me  
 posthac aliquid eiusmodi non admissurum.  
 Subrisit adolescens, eumq; blandè consolans,  
 ex carcere eductum ad sua reduxit, dicens ei:  
 Animaduerti ex placido cælestis Imperatricis  
 vultu & illius de te sermonibus, suam erga te  
 iram seposuisse, semperq; materna fide te pro-  
 secuturam esse. Per id temporis in consuetudi-  
 nem verterat, vt quoties extra cubiculum des-  
 cenderet, vel rursus ascenderet, per Templi  
 Chorum suum faceret iter, & dignissimum  
 salu-

Cur de glori-  
 osa virg. ma-  
 tre Suso con-  
 cionari detra-  
 ctauerit.

Morem quē  
Minister in-  
trans & egre-  
diens cubi-  
culum suum  
habuerit.

Discrimen  
hominis in-  
choantis, pro-  
gredientis, &  
perfecti.

salutaret Sacramentum, ita secum cogitans, quis habeat eò quo pergit itinere amicū haurire, ut non in vulgarem commorantem, libenter solet nihil suum proferre iter, ut possit suum amicum inuisere & familiariter alloqui. Aliquando contigit ut peteret quidam à Deo festa bacchanalia exhiberi, eo quod nollet ea à quavis mortali creatura recipere. Itaque à se sibi subductus, videre sibi visus est Dominum Iesum intrantem ea forma, qua erat cum esset triginta annorum, ut ipse expleret desiderium & cælestia ei bacchanalia efficeret. Accipit autem idem Dominus Iesus scyphum vinum plenum in manus, obtulitque eum tribus illis ad mensam inibi assidentibus, alij post à se. Primus hausto vino cecidit, viribus destitutus. Alter non nihil debilis effectus est. Tertius nihil sensit incommodi. Quid verò hæc voluisset, Dominus Ministro exposuit, indicat illi quid inter inchoantem, progredientem, & perfectum hominem intersit, & ut ei diuina se ratione gerant in diuinæ suauitatis affluentia. Hæc atque eius generis alia cum Ministro suæ ægrotae filia recitasset, sermoni suo finem imposuit. At illa, quæ audierat, cuncta annotauit clanculo, & ut possent seruari, in cistam incluserit. Quodam autem tempore alia quædam religiosa sanctimonialis venit ad eam, dicens. Ecquid habes soror diuini mysterij in tua arca reconditum? Hac nocte in somnis vidi celsorem quendam puerulum in eadem arca contententem, manu tenentem Musicum quoddam instrumentum longè suauissimum, quo spirituales depromebat cantiones vsque adeo iucunde

das & tinnulas, vt nemo nō spiritali indē gaudio & voluptate afficeretur. Quæso te mea soror, profer id quod illic inclusum seruas, vt etiam nos aliæ legamus. Tacuit illa, nec quicquā indē referre voluit: siquidem ne id faceret, interdicitum illi erat.

*Vt homines Mundi vanitatibus deditos Minister ad Deum reduxerit, & vt afflictos sit consolatus.*

## CAPVT XXXIX.

**A**Liquando multum intercesserat temporis, quo nihil suæ spiritali filix Minister significarat. Scripsit ergō illi literas, vt quippiam ipsi denunciaret, vnde cor eius afflictum repurgaretur. Erant autem literæ in hunc fermē modum scriptæ: Miser aliquis nonnihil indē consolationis accipit, si alios se miseros conspiciat: itemque homo afflictus animum recipit, si vicinos suos quandoque magis calamitosos fuisse, & tamen diuinitus adiutos percipiat. Ad hæc Minister ita rescripsit: Vt cruces tuas feras moderatius, dicam aliquid de afflictionibus in laudem Dei. Noui ego hominem, cui permittente Deo immanes euenēre cruces, quæ illius celebrem famam & estimationem attingerent. Illius ipsius hominis eō spectabat cōnatus omnis & desiderium, vt Deum posset toto amare pectore, eundemque ita posset insinuare omnibus, vt supra omnia ab illis amaretur, eosque à noxiō & vano amore abstraheret: id quod & factum est in multis vtriusq; sexūs. Cernens autem diabolus prædam

prædam suam sibi abstractam, Deo restituit, licet id acerbè nimis, ac pijs quibusdam appa-  
 minas intentavit Ministro, dicens quod se  
 illo egregiè vindicare instituisset. Inter  
 venit Minister ad Cœnobium quoddam  
 instituti, vbi & viri religiosi suo viuunt cœ-  
 ne, iteq; fœminæ religiosæ suis legibus vte-  
 tur. In eo cœnobio duæ religiosæ personæ, al-  
 tera masculini, altera fœminei sexûs, miro  
 ter se amore & familiaritate conspirauerant.  
 Id verò diabolus in eorum occæcatis cordibus  
 adeo virtutis colore obumbrarat, vt id mi-  
 mè purarent vitio obnoxium, sed sibi diu-  
 nus permissum. Interrogatus autem Minister  
 vtrum cum Dei voluntate ea posset amicitia  
 perflare, ille planè negauit, asseuerans ip-  
 sum opinionem falsam esse & Christianæ in-  
 stitutioni contrariam. Sicq; effecit vt ea di-  
 meretur amicitia, & purè ac castè deinceps  
 uerent. Dum hæc agerentur, sancta quædam  
 virgo Anna nomine, rapta in spiritu, vixit  
 grandem dæmonum turbam supra Ministerium  
 congregatam magnis clamare vocibus: O  
 lestem illum monachum: venite, impetum  
 illum faciamus & eum occidamus. Inter  
 maledicta & execrationes in illum conge-  
 rant, quod suis monitis & consilijs ab eo tra-  
 grato loco eos expulisset: vnaq; omnes fero-  
 cissimis gestibus & vultibus iurabant, se in illum  
 semper intentos fore, eiq; perpetim infideli-  
 ros, donec ex illo sese vindicarent: & licet tor-  
 tassis in corpore aut facultatibus illi nihil  
 possent incommodare, tamen honori & nomi-  
 ni illius apud homines seculares plurimum de-  
 detraxerunt.

Amicitia qua  
 nam Dei vo-  
 luntati repu-  
 gnet.

Vt varias Mi-  
 nistro mi-  
 nus diabolus  
 intentarit.

detracturos, fœdâq; & turpia se illi afficturos,  
 & quamuis occasiones omnes summo vitaret  
 studio, nihilominus dolis & mendaciorum  
 cuniculis se id effecturos. Territa his fuit vir-  
 go ante memorata Anna, dum hæc audiret, o-  
 rauitq; Dei genitricem sanctissimam, vt illi  
 auxilium ferret in periculis ipsi imminenti-  
 bus. Cui mater pijsima benignè respondit. Ni-  
 hil illi incommodi adferre possunt absq; per-  
 missu filij mei. Quicquid verò ille ei accipere  
 permiserit, id illi erit longè vtilissimum, ac  
 saluberrimum. Quamobrem iube illum bono  
 esse animo. Hæc cum illa Ministro indicasset,  
 cepit is timere dæmonum concilium & infê-  
 stam consp̄ rationem, & vt crebrò solitus erat  
 in angustijs suis, in montem, vbi erat Sacellum  
 in omnium angelorum honorem dedicatum,  
 ascendens, more suo nouem vicibus Sacellum  
 cum precibus circubat, idq; in nouem angeli-  
 corum ordinum honorem oras eos serid vt i-  
 psi assisterent aduersum omnes hostes suos. De-  
 inde primò manè in visione spiritali in amœ-  
 num ductus campum, vidit circum se numero-  
 sissimam beatorum angelorum frequentiam,  
 ipsi opem ferre volentium, ipsumq; hisce ser-  
 monibus consolantium. Dominus tecum est,  
 nec te in villis vnquam angustijs & periculis  
 tuis deseret. Ne igitur intermittas studium ho-  
 mines mundo deditos ad Dei amorem pertra-  
 hendi. His ille confirmatus, magno opere om-  
 nis generis homines ad Deum reducere cona-  
 batur. Virum quendam mirè audacem ac ter-  
 ribilem, qui totis octodecim annis confessus  
 non fuerat, bonis verbis piè circumuenit ac

Pp

lucra-

SS. Angelorū  
 diaboli me-  
 tuēs infesta-  
 tiones, præsi-  
 dia imploras

Ab angelicis  
 spiritibus cō-  
 firmatur.

Mira ac effi-  
cax Suis  
in animabus  
venandis sa-  
gacitas.

lucratus est, aded vt diuina compunctus gra-  
ipfi Ministro tanta cordis contritione combu-  
retur, vt ambo pariter lachrymas fundere-  
Idem vir non longè post felici decessit obiit.  
Quandoque duodecim meretrices ab illa in-  
pitundine conuertit. Quæ verò mala ab illius pe-  
pessus fuerat, dici non posset. Tandem non  
si duæ ex illis perseverarunt. Ea in regione  
ribus locis multæ erant feminae tum religio-  
sæ, tum seculares, quæ præ animi fragilitate  
mobilitate in vitia immaniter corruerant.  
Miserae illæ neminem habebant, cui præ  
re cordis sui molestissimum dolorem com-  
ri auderent, sed præ nimis angustijs ea sepe  
mero tentatione pulsabantur, vt sibi ipsas ve-  
lent inferre manus. Ast vbi perceperunt Mis-  
strum pijsimo esse animo erga afflictos con-  
nes, sumpta fiducia ad illum properarunt in-  
gulæ, eo præsertim tempore, dum periculum  
immineret, exposueruntque ei lamentabilem  
suas angustias & discrimina, quibus præme-  
tur. Vbi ille vidit miseras tam misere afflic-  
vna cum illis plorans, benignè eas consolabatur,  
sebuenitque eis, & licet non sine fama ac ho-  
noris sui discrimine, tamen operam dedit,  
& animas & formam illæ recuperarent. Iam  
flocipendens interim, quicquid lingue m-  
dicæ ipsi affingerent. Inter cæteras vna  
claris orta natalibus, quæ se lapsam plurimum  
dolebat. Huic apparens beatissima virgo Ma-  
RIA, iussit eam suum adire Sacellanum (Mis-  
nistrum subindicans) à quo curaretur. Cum  
autem illa diceret se eum minimè cognoscere,  
ait ad eam mater misericordiæ. Respice

Ut plurimarū  
feminarum  
periculo ac  
fama succur-  
terit.

OTV

45

pallium meum, vbi sub meo eum seruo patrocini ac diligenter vultum eius contemplare, <sup>suscepto miserorum omnium consolator.</sup> vt eum nôsse queas. Ipse namq; est miserorum omnium consolator ac subleuator, & ipse te consolabitur. Venit illa ad Ministrum, eiusq; agnouit vultum, vt ante in spiritu erat intuita, orauitq; eum, vt ipsi esset propicius, suum illi lapsum commemorans. At ille clementer eam excepit, & pro viribus opem tulit, quo posset amissam recuperare famam, quemadmodum mater misericordiz illi demandarat.

*De immani quadam afflictione, qua illi animarum salute sitienti euenit.*

## CAPVT XL.

**H**Ac ratione innumeris ille afflictis hominibus opitulatus fuit. Sed ob hoc genus pietatis officia multas eum oportuit diras cruces perpeti, quas tamen pius Dominus ante illi per visum significauit eo, quo sequitur, modo: Die quadam sero ad hospitium quoddam venit: at altero mane circa diei exortum in visione ductus est ad locum quendam, vbi erat Missæ sacrum celebrandum, idque illi forte incumbebat. Cantores autem Missæ Introitum, vt vocant, de Martyribus concinebant, hunc videlicet: **MULTAE TRIBULATIONES IUSTORVM.** Id ille inuitus audiebat, cupiensq; aliud decantari officium, ait: Ecquid nobis Martyres obtruditis? Quid ita insanitis de Martyribus cantando, cum nullius hodie Martyris celebris memoria agatur?

*Discit in visione magnas sibi tribulationes imminere.*

PP 2 AS

At illi oculis in eum intentis, porrectisque digi-  
 tis, dicebant: Etiam hodie suos Deus habet.  
 Martyres non minus quam vnquam alias. Tu  
 tantum præpares te, & perge canere. Veretur  
 ille vltro citroq; folia codicis, quod Missæ  
 vocant, ante ipsum positi, optabatq; officium  
 aliquod vel de Confessoribus, vel aliunde  
 cere, quam de Martyribus dira perpeffis. Sed  
 quantumlibet ille folia volueret, omnes pa-  
 ginæ Martyrum officijs plenæ erant. Tum  
 videns non posse aliter fieri, cecinit cum illis  
 sed planè lugubri voce. Deinde post paululum  
 iterum eos alloquens: Est hoc, inquit, mirum  
 fati & insolitum, quod nunc agitis. Cur non  
 potius, Gaudeamus, de rebus iucundis can-  
 mus, quàm de Martyribus, quæ est materia lu-  
 gubris? At illi contra respondebant: Nescis  
 miche quid agatur. Cantus iste de Martyribus  
 antecedit: postea quandoq; oportuno tempo-  
 sequetur festiuum Gaudeamus. Vbi ille ad  
 redijt, totus corde contremuit præ his quæ vo-  
 derat, aitq;: Eheu pie Iesu, rursus ne cruce  
 rendæ sunt? Cumq; in itinere mæsto esset ve-  
 tu, dixit ei socius illius: Quid habes Pater, quod  
 aded tristis appares? Respondit ille. Eia frater  
 mi, Missa hinc mihi cantada est de Martyribus  
 indicare volês, à Deo ipsi reuelatum esse, quod  
 immaniter esset diuexandus. Sed frater hoc non  
 intelligente, ipse quoque rem tacitam habuit.  
 Deinde vbi venit ad oppidum ante Christi-  
 talem diem, quando sunt prolixiores tenebræ,  
 pro more suo acerbis cœpit afflictionibus  
 cruciari, adeo vt humano iudicio putaret præ  
 dolore cor suum diruptum iri, si cui alij id ro-  
 quent



quam enenisset. Siquidem tam grauiter his erat vallatus afflictionibus, vt prorsus illi miserandum in modum subtraheretur, quicquid habebat reliquum siue commodi, siue solatij, siue honoris temporarij, siue alicuius alterius rei, quæ posset hominem recreare, quo ipse niti potuisset. Porrò crux illa acerrima huiusmodi erat. Inter alios plures, quos cupiebat ad Deum reducere, venit ad eum fallax quædam & versipellis fœmina, cor lupinum sub honestæ (vt videbatur) conuersationis tegmine gerens: idque aded occultare nouerat, vt multo valdè tempore Minister id minimè posset animaduertere. Ceciderat illa antè in turpe flagitium & probrum cum viro quodam: nec eo sceleris contenta, exaggerare illud voluit, prolem ex ipsa natum alteri prorsus innocenti assignando. Verum Minister ob hoc flagitiũ minimè eam à se repellere volens, audiuit confessiones illius, præstititq; illi necessaria ac honesta officia, plura etiam quam alij eius regionis religiosi fratres, quos Terminarios vocant. Sed cum multo id durasset tempore perspicuum ipse, tum alij fide digni homines depræhenderunt, clanculo ijsdem deditam sceleribus, quibus & antè fuerat. Quod tamen ipse pressit silentio, nolens eam prodere omnibus. At nihilominus subduxit se ab ea, nec solitæ ei præstitit obsequia. Quod ubi illa persensit, mandauit ei, ne sic ageret: nam si emolumentis, quæ ex ipso caperet, fraudaretur, ipsum pœnas luiturum, daturumq; se ei puerulum, quem ex seculari viro haberet, cuius ipsum vellet genitorem affirmare, atque eo ipso tantam se illi

Pp 3 igno-

ignominia notam iniusturam, ut ubiuis locorum pessime diffamaretur. Satis ille his verbis consternatus fuit, stansque secum tacitus, eximo ingemiscens pectore, intra se dixit: Angustia mihi sunt undique & quo me vertam inoro si enim hoc egero, vix mihi est: sin autem non egero, iterum vix mihi est: atque ita totum me angustia obfident, ut obruere me possint. Interim anxio sustinebat corde, equivo tandem illi daemone adversus ipsum permissura esset Deus. Cepit autem id consilij apud se habere Deum, praestare & corporis & animae suae saluti, ut inter duo mala potius eligeret disjungere scelerata illa muliere, utcunque accideret anima illius: idque etiam secutus fuit. Hac illi adeo permota fuit, ut ultro citroque ad seculares & religiosos cursitans, praeter immani improbitate sua seipsam libenter summam notaret ignomia, tantum ut illi misero crucem offlaret: affirmavitque apud omnes ex illo se prolem concepisse. Ea res admodum offendit omnes, qui eius dictis fidem adhibebant, idcirco tanto magis, quanto illius perculgata sanctitatis longius percrebuisse. Id verò medullas cordis & animae eius penetrabat, ibatque in seipso tabescens praeter miseria & angustia, exivitque noctes insomnes & molestos dies, brevisque somnus eius, terroribus permixtiorat. Suscepit ergò lamentabili vultu & profundis suspirijs ad Deum, & ait: En adest Domine tempus illud miserabile, adest hora mea, quinam potero immensas cordis mei pressuras perperi? O si mortuus essem, ne hanc calamitatem vel visu vel auditu perciperem. O pie

Ello, Susoni  
proles ob-  
truditur.

Lamentabili  
lis Ministrum  
in angustijs  
maximis ad  
Deum com-  
pellatio.

OTV  
45

Iesu, in ipse nōsti, vt præstantissimum nomen  
 tuum cunctis diebus veneratus sim, ac longè  
 latèque omnib⁹ amabile reddere conatus sim,  
 honorandumque obtulerim, & tu nomini  
 meo tantam vis adferre ignominiam? Id me-  
 ritò conqueri possim. En celebris ordo Domi-  
 nicanus ex me tantam capiet infamiam: quod  
 certè nunquam lamentari desinam. O angu-  
 stias cordis mei. Pij omnes, qui me hæctenus  
 seu sanctum hominem honore persecuti sunt,  
 quod mihi poterat animum addere, iam non  
 aliter quam fallaciosum hominum corrupto-  
 rem adspicient, quod certè animam meam di-  
 ris conficit vulneribus. Sub his querimonijs ac  
 lamentis cum aliquamdiu ita versatus esset  
 Minister, vt vita ac viribus deficeret, mulier  
 quædam ad eum venit, dicens: Cur te aded ma-  
 ceras domine? sume animum: en ego tibi faci-  
 le opem tulerò, modo mihi obtemperare vo-  
 les, ne quam tuæ existimationis iacturam fa-  
 cias. Sis ergo obsecro magno & infracto ani-  
 mo. Suspiciens ille, ait: Qua id ratione efficies?  
 Respondit illa: Puerulum vlnis compræhen-  
 sum sub veste clam subducam, & nocte vel vi-  
 uum sepeliam, vel acu in eius cerebrū impres-  
 so occidam. Illo sublato, sopietur omnis hic  
 tumultus, & fama tua integra tibi permanebit.  
 Ad hæc Minister indignabundus respondit. O

Barbaricam  
 in foemina  
 crudelitatem  
 perstrigam  
 certam.

Pp 4 potest

OTV  
45

potest, quam famæ & nominis mei extinguere  
 & reuera si vel totius regni existimatio ex-  
 penderet, libens ego eum hodie omnipotenti  
 Deo offeram ac resignabo, potius quam sinu  
 cruorem hunc innoxium effundi. At illa  
 Non est infans iste ex te genitus: quid te angit  
 sic pereat? simulq; cultrum acutum proferet.  
 Sine, inquit, alio me eum abducere à conspectu  
 tuo: moxq; illi vel guttur præcidam, aut huius  
 ei cultrum in cor imprimam, ita eo occiso  
 functo, pax erit. Tum ille, Tace, inquit, mulier  
 scelestâ. Cuiuscunque demum sit paruulus, ubi  
 at formatus est ad imaginem Dei, & sacrosan-  
 cto Christi sanguine redemptus. Nolim ego  
 tam crudeliter eius sanguis fundatur. At mu-  
 lier atra commotabili, respondit: Si non placet  
 ut occidatur, saltem patiaris mane eum in  
 templum reponi, ita ut sit alijs infantibus  
 positivus: aut certe intolerabiles feras sumptus  
 necesse est, antequam educatur. Ait Mirabilis  
 Equidem confido omnipotenti Deo, qui mihi  
 hæc hactenus prouidit, facile eum etiam & omnia  
 huic paruulo necessaria præbiturum. Pergo  
 gitur, & ad me infantem huc clam adducitur  
 ut eum inspiciam. Cum ergo puerulum in sinu  
 reposuisset sinum, arripit illi paruulus. Vult  
 ille ex imo pectore ingemiscens, ait: Ego me  
 hi arridentem eiusmodi formosum infantem  
 lum perimam? Absit. Equidem libens patiar, si  
 quicquid eius causa mihi acciderit. Verloquor  
 blandè vultu ad infantem, ait: O te puellam  
 miserabilem, quàm miser es orphanus. Si quidem  
 dem qui te genuit, non te vult habere pro filio  
 infida genitrix tua exponere te voluit.

Infantem ex-  
cipit nō suū.

Alloquitur  
eundem cum  
animi dolo-  
re, præ com-  
miseratione  
nimia.

nem profus reiecitium. At Dei permisso mihi donatus es, vt ego tuus sim parens. Et id ego libens faciam, nec tamen aliunde, quam ex ipso Deo te suscipiam. Tu quidem dulcissime infans in meo resides sinu, & quamuis sermonis sis inops, tamen placidis me oculis intueris. At ego te saucio contemplor corde, oculisque lachrymantibus, & pijs oris osculis. En per fundo ego tenellam faciem tuam calidis lachrymis meis. Ast vbi sensit elegantissimus infans Ministri profusas lachrymas suam irrigare faciem, etiam ille acriter fleuit, atque ita pariter plorabant. Cernens autem Minister plorantem infantulum, suo eum pectori amanter appressit, dicens: Cessa iam fili mi charissime. Ego ne te occidam, quod non sis ex me genitus, meque oporteat tua causa diros perpeti labores? Non possum ego vlllo pacto te affigere, quandoquidem meus eris & Dei filius, & quamdiu Deo procurante vlla mihi buccella supererit, tibi eam impartiar in laudem Dei, feramque libens quicquid hinc mihi acciderit. Has vbi voces lamentabiles audiuit ferox mulier, quæ infantem occidere instituerat, tota corde compuncta, in altos prorupit eiulatus, ita vt eam compesci oporteret, formidante Ministro, ne res in publicum diulgaretur. Postquam illa satis fleuit, reddidit ei infantulum, illique bene precatus, ait, Benedicat tibi Deus, & sancti angeli eius ab omni te malo tueantur: insitque vt suis sumptibus bene curaretur. Post hæc detestabilis mulier huius infantis mater, Ministrum magis ac magis vbi que diffamari perrexit, maxime vbi id illi obesse potuisset, ad eò vt

Compungitur mulier iã ante puero mortem machinata.

per plures honesti homines eius vicem miserarentur, sapius mortem à iusto iudice Deo illi mulieri imprecarentur. Quandoque adijt eum quidam cognatus eius, & dixit. Vx. mulieri illi sacrilegæ, quæ tantum in te facinus admittit. Profectò ego te de illa vlciscar. Latitabo vsquam in longissimo illo fluminis ponte, eamque transeuntem è ponte in flumen demergam, vtsic eius immanis crudelitas vindicetur. Cui Minister. Ne sic, inquit, feceris amice. Absit vt mea causa quisquam perimatur. Nouit Dominus secretorum omnium cognitor, istum instantem iniuria mihi eam obtrusisse. Ergo causam hanc illius ego manibus commendo, vt ipse eam vel occidat, vel viuere permittat pro suo arbitrato. Et quamuis animæ meæ periculum in illius procuranda nece distimulare vellem, tamen honorarem in illa castas omnes & honestas sceminas, sineremque eam vita frui. Ad hæc ille indignabundus respondit. Apud me sanè nihil interest, vtrum sceminam iugulem an virum, si me huiusmodi contumelia affecisset. Cui Minister. Noli, inquit. Id enim immanis quædam feritas & barbara temeritas fuerit. Cessa igitur, siuasque euenire mihi crucces omnes, quas me pati volet Dominus. In crescente autem ipsa afflictione, quodam tempore victus animi infirmitate, cum nimium esset prægrauatus, volebat aliquid captare recreationis & leuamenti. Ita que ad duos abijt amicos suos, ex eis consolationē petiturus: quidum fortuna arrideret, ei se familiares ac fidos exhibuerant. At ibi permisit eum Deus reipsum experiri in vtrisque quam nihil sit solidum ac

Magna Ministeri longanimitas ac patientia in aduersis.

Amicitia hominum inconstans.

integrām in creaturis. Siquidem ab alijs duobus eorumque socijs longè grauius depressus fuit, quàm à vulgò. Alter eorum duris eum excepit verbis, faciemque ab illo indignè auertit, non abstinens à conuicijs & contumelijs. Inter alia, quæ in eum iniuriosè dixit, iussit eum à sua cessare amicitia & familiaritate, quod illius consuetudinis ipsum puderet. Ea verba per intimas cordis eius medullas ferebantur, dixitque ad illum voce miserabili: O frater mi, si te Deus permisisset in hoc densum demergi cœnum, vt me permittit, equidem ad te alacriter profilirem, & comiter indè extraherem. Tibi verò proh dolor non id satis est quod me cernis profundè demersum, sed ipse etiam me conculcare niteris. Id ego conqueror afflictiſſimo quodam cordi pijsſimi Iesu. Ille autem tacere eum iussit, dicens cum conuicio: Adum est de te. Non solum conciones tuæ, sed etiam quos fecisti codices, reijcientur. At ille erectis ad cælum oculis, suauiter respondit: Confido omnipotenti Deo, libellos & scripta mea oportuno tempore longè gratiora charioraque forè, quam vnquam antehac. Eiusmodi ille consolationem certè lamentabilem ex præcipuis suis sodalibus & amicis recepit. Eodem in oppido ad id vsque temporis homines pijsatis illi de necessarijs rebus prouiderant. Sed cum falsi isti rumores ad illos perlati essent, quorquor illis fidem adhibebant, opem & amicitiam ab illo retraxerunt, donec certa edocti veritate, rursus sese ad illum contulerunt. Die quadam nonnihil quieturus resedit. Atque interim sensibus subductus, videbatur sibi

Quidam flatus  
Suso ex soda-  
libus reuul-  
sit folatij.

sibi in regionem quandam intelligibilem abductus. Ibi tum quispiam in eius animam iuncto loquebatur hoc pacto: Audi, audi verbum consolatorium, quod tibi iam legam. Ille arrepto auribus auscultabat. Legit ergo illi latine verba illa Esaiæ: *Non vocaberis ultra derelicta, & terra tua non vocabitur amplius desolata, sed vocabitur voluntas mea in ea, & terra tua inhabitata, quia placuit Domino in te.* Hæc cum perlegisset, iterum ea tertio quartoque repetijt. Quod ille admirans, ait. Quid tibi vult, quòd toties hæc mihi commemoras? Ea, inquit, ex causa id ago, ut animo in Deum confirmato illi fortiter confidas, quando ille etiam terræ amicorum suorum, id est, mortalibus eorum corporibus necessaria providebit, & si quid vno loco defectum eis fuerit, id alio suppeditabit. Ita etiam pro sua benignitate tibi faciet Deus. Totum hoc reuera postmodum evenit, tamq̃ evidenter, ut plures præ gaudio riderent, laudarentq̃ Deum, quorum prius oculi ex nimia commiseratione lachrymas fuderant. Haud secus cum agebatur cum hoc afflicto homine, quam cum bestiola quadam à feris beluis lacerata ac depasta, quæ adhuc non nihil odoris exhalet, que afflicti famelici crabrones, toto illuc agmine advolant, & reliquias ossum penitus depastæ, extractasque medullas secum in aëra absportant. Eum namque in modum miserè ille longè lateque divulgatus fuit, idq̃ ab hominibus specie religiosis, qui que id facerent sub regimine quodam piarum querelarum & piarum colloquutionum, ut sese tanquam ex amicitia mutuò recrearent, cum tamen nulla in eis inesse

Esa. 62.

Qualiter fuerit in ineffabili sua calamitate exercitatus.

fide-



fidelitas. Inde verò nōnunquam infestos quof-  
 dam incidentium cogitationum malorum a-  
 culeos per sensit hunc in modum: Si quis pie Ie-  
 su à Iudæis aut Ethnicis, vel publicè flagitio-  
 sis quippiam patiatur, potest id utcunque tole-  
 rari. At isti tui videntur amici, qui me tam a-  
 trociter cruciant, atq; eo ipso crux ista intole-  
 rabilior est. Porrò sibi ipsi redditus, vbi recta  
 ratione cuncta expendit, nullam eis assignavit  
 culpam, sed Deum per eos id effecisse sentiebat,  
 quodq; ipse ira perpeti deberet, Deumq; suos  
 amicos per hostes suos ad ipsorum præcipuam  
 salutem adoptare. Speciatim verò eiusmodi  
 impatientiæ aculeis permoto ita intus respon-  
 sum fuit: Memor esto Dominum Iesum in sua  
 sodalitate nedum D. Ioannem charissimum  
 discipulum suum, & D. Petrum fidissimum sibi  
 habere voluisse, sed etiam impurum illum Iu-  
 dam sustinere. Tu ergo, qui Christi sectator es-  
 se cupis, cur inuitus Iudam tuum pateris? His  
 subitò incidens quædam cogitatio sic respon-  
 dit: Eheu pie Iesu, si afflictus amicus tuus non  
 nisi vnum haberet Iudam, tolerabile foret: at  
 nunc anguli omnes his abundant, ad eò ut vno  
 discedente, quinque alij existant. Ad hæc autem  
 intus ita responsum est. Quisquis animo bene  
 constitutus est, neminem debet existimare Iu-  
 dam suum, sed potius Dei cooperatorem, per  
 quem ipse pro sua præcipua salute exercitari  
 debeat. Nimirum quando Iudas Christum of-  
 culo prodidit, Christus eum suum appellavit  
 amicum, Amice, inquit, ad quid venisti? Hūc  
 in modum posteaquam Minister satis superq;  
 vexatus, eiusmodi calamitatem non parū diū  
 pertu-

A Deo tribu-  
 lationes om-  
 nes in rem  
 nostram no-  
 bis immitti.

Aduersarium  
 nullum Iudæ,  
 sed omnes  
 Dei cooperā-  
 tores estimā-  
 dos.

Math. 26.

pertulerat, exigua quædam illi remansit con-  
 solatiuncula, qua sola adhuc erigebatur, quod  
 rumor de ipso sparsus, necdum ad instituta Do-  
 minicani præcipuos Prælatos peruenisset. At  
 hanc ipsam consolatiunculam repente illi sub-  
 duxit Deus. Nam qui toti præfectus erat Or-  
 dini, & provincialis, ut vocant, Germanie, cum  
 mulier in eam aduenerunt urbem, ubi mulier  
 gitiosa Ministrum falso detulerat. Quod cum  
 miser ille alibi habitans didicisset, animo plu-  
 satis perterritus, ira secum cogitabat: Fortassis  
 superiores tui fidem commodabunt improbitate  
 illi foeminae, quod si fecerint, actum est de vita  
 tua. Namque in eiusmodi te poenitentia ergo-  
 stulum conijciunt, ut satius sit morrem ipsam  
 perpeti. Hæc angustia totis continuis duode-  
 cim diebus & noctibus eum corripuit, ira ut  
 semper hæc expectaret sui castigationem. Qua-  
 dam die ex humana imbecillitate foras pro-  
 rupit gestibus quibusdam minus compositis,  
 victus nimia, quantum tenebatur, angustia, atque  
 sub hæc lamentabili interioris & exterioris  
 hominis constitutione, seorsim ab hominibus  
 secretum quendam locum petijt, ubi à nullo  
 nec videri nec audiri posset, atque nonnunquam  
 alta traxit suspiria: quandoque lachrymis ho-  
 mescebant oculi, mox impetu per genas ferebantur.  
 Non poterat præ nimio cordis angore vi-  
 piam secum consistere, modo repente refide-  
 bat, mox celeriter exiliens vltro citroque per  
 cubiculum cursitabat, quasi cum mortis angoribus  
 colluctaretur. Quandoque eiusmodi voces per  
 cordis eius viscera perferiebantur. Eheu  
 pijsime Iesu, quid ex me facturus es? Cum ergo  
 114

OIV

45

ita miserè se haberet, diuinitus ei inspiratum  
fuit. Vbi nunc est tui resignatio? vbi eodem  
permanere animo in aduersis & prosperis?  
quod ipse quidem alijs hilariter consulisti &  
persuastisti, vti se debeant expedite resignare  
Deo, nec hæere vsquam. Ad quæ ille lachry-  
mabundus respondit. Itane percontaris vbi  
mei sit resignatio? Ego verò ex te sciscitor, v-  
binam sit inexhausta in suos amicos DEI mi-  
sericordia. En nihil nisi extremam calamita-  
tem expecto, & iam in me ipso perij, tanquam  
qui capite damnandus sit, & facultatum ac exi-  
stimationis suæ iacturam fecerit. Putabam ego  
Deum esse benignissimum, & clementissimum  
ac fidissimū erga eos omnes, qui se ipsi permit-  
tere ac resignare auderent. At prohdolor in me  
ille defecisse videtur. Eheu fons ille pietatis,  
qui nunquam potuit obsrui, erga me miserum  
sele retineri patitur. Ah cor illud indulgentis-  
simum, cuius benignitatem totus testatur &  
prædicat Mundus, me miserum extremè de-  
reliquit. Avertit à me lucidissimos oculos suos  
& vultum serenissimum. O facies Dei mei. O  
cor pijsimum, non ego credidissem vnquam,  
non de te sperassem, vt me vsquaded rejceres.  
O abyssus inexhausta, succurre misero iam ta-  
men præmortuo ac perduto. Tu scis omnem  
spem & consolationem meam in te vno collo-  
catam, nec in vlllo alio in terris commorante.  
Eia quotquot afflicti estis, quæso me ausculta-  
te hodie. Non est certè, quod quisquam scâda-  
lū accipiat ex hac mea lamentabili perturbati-  
one & incompositis gestibus. Nam donec im-  
ors

ore mihi verfabatur resignatio, iucundum est  
de ea dicere. At nunc totus sum corde sauciatus  
sagittæ Domini intimas venarum omnium  
dullas confixerunt, atq; ipsum exhaustum  
rebrum meum, aded vt nullum sit toto corpore  
meo membrum, quod non penitus dolor  
& cruciatu confectum sit: & qui tandem potest  
esse resignatus? Hunc in modum cum tam  
ferè se habuisset ad medium vsque diem, esse  
que admodum debilitato cerebro, tandem quies  
tus resedit, atque à seipso auersus, ad Deum  
conuertit, eiusque se voluntati permittens  
resignans, ait: *Fiat voluntas tua.* Cum ergo  
deret, in mentis excessu vidit vnam ex spiri-  
libus filiabus suis sanctam virginem coram  
adstare, quæ cum adhuc esset in humanis, præ-  
dixerat ipsi multa eum passurum, sed Deum  
omnibus eum extracturum. Hanc, inquam  
virginem sibi adesse perspexit, ipsumq; bla-  
consolari. At ille hoc indignè accepit, eam  
mendacij arguit. Tum virgo subridens, accersit  
propius, porrigēsq; illi sacram manum suam,  
ait: En fidem tibi do verbis & nomine omni-  
potentis Dei, neutiquam te ab illo derelictum  
iri, sed ope illius ac benignitate te & hanc  
quasuis alias molestias superaturum. Respon-  
dit Minister: Tam immanis est præsens dolor  
& angustia mea, vt tibi deinceps fidem com-  
modare non possim filia, nisi huius emidēs  
hi præstes documentum. Cui illa: Ecce, inquit  
Deus apud pios & bonos omnes per seipsum  
purgabit ac excusabit: improbi verò, pro sua  
improbitate, cuncta iudicant: quod sapienter  
cordatus DEI amicus debet nihil pendere  
Petrò

Matt. 6. & 26.

Predicitur ni-  
mi afflicto  
traquillitas.

Improborum  
iudicia nihili  
facienda.

Porro Dominicanus Ordo, quem tu lamentaris hac ignominia affectum, tum Deo, tum cūstis ratione vrentibus tuo nomine tanto erit gratior. Quod quidem certò me affirmare, hoc poteris nosse argumento: En Deus iustus & terribilis propediè te vlciscetur, furoremque suum in execrandam illam effundet feminam, quæ tibi huius calamitatis est author, eamque subitò extinguet. Et quicumque ei speciales sūnt adiutores mala de te spargendo, itidem omnes breui peribunt. His auditis, Minister de suā liberatione hilarior factus, expectabat quem finem illi Tragœdiæ Deus imposturus esset. Paucis post diebus cuncta hæc reuera acciderunt. Siquidem mulier illa sacrilega subitò expiravit, Deo eam puniente, & ex alijs permulti, qui grauius eum infestārant, etiam citò vita functi sunt, partim sine ratione, partim sine confessione & Eucharistia. Ex his vnus fuerat prælatus, qui dirè ipsum afflixerat. Is Ministro per visum apparuit, cūm esset defunctus, aitque illi ea causa vita & dignitate priuatum se esse, dirosque illi multo tempore perferendos cruciatus. Vbi autem insolitam hanc vindictam & mortem subitariam aduersariorum illius, cernerent quidam eius amici horum omnium conscij, laudabant Deum, dicentes. Profecto Deus huic adest bono viro, estque perspicuum, iniuriam ei irrogatā esse: quamobrem meritò posthac & apud nos & cordatos omnes maiori erit in precio & existimatione ac opinione sanctitatis, quam si ista non esset perpeffus. Inde vero Deo efficiente tempestas illa sopita est, vt erat à virgine in vi-

Qg

sione

Vt hostes Ministri condignas suæ temeritatis penas dederint

Restituitur existimationi præstiam.

sione prædictum. Sæpius postea cogitabat. **R**issimum est Domine, quod vulgò fertur. **C** Deus bene cupit, illi nemo potest officere. **T**ubernaculis etiam illius, qui hac in causam se amicum declararat erga ipsum, ut est prædictum, nec diù post superuixit, post obitum suum omni illo ablato impedimento, quod vultus Dei contemplatione distinebatur, veste luculenta & aurea ipsi apprensus, amplexum ei complexus, faciem eius ad suas genas de appressit, & ut quod ipsum offendisset, condonaret, essetque inter ipsos sempiternamicitia, obsecrauit. Pergratum hoc fuit. **M**ox ille euauit & ad caelestia migravit. **P**ostea ubi Domino visum est oportu-  
**M**ister multa perpeffus, diuinitus est ab omni afflictione recreatus, idèq; interna cordis tranquillam requie, & gratia luculenta. **L**audabat ille Deum medullitus pro transacta præsertim afflictione, dicebatq; se nec pro mundo velle, quin esset hæc omnia perpeffus. **F**acile tum ex Dei illustratione cognoscit præclarior se erectum ac recreatum & in Deum subleuatam ex hac sui humiliatione, quam cunctis alijs, quas à puero esset perpeffus usq; temporis, afflictionibus.

*De internis quibusdam vexationibus.*

#### CAPVT XLI.

**F**ilia spiritalis Ministri cum iam memoriam legisset afflictionem, & præcondole-

Liberatur tãdem ab omni molestia.

OTV

45

tia satis plorasset, orauit eum, vt etiam de in-  
 ternis diceret vexationibus. Respondit ille se  
 de internis molestijs duo quædam recitaturū.  
 Fuit, inquit, in ordine quodam Monastico  
 vir quidam celebris nominis, cui Deo permig-  
 tente crux quædam interna acciderat. Sub hac  
 cruce aded totus animo conciderat, vt noctu  
 diuque lachrymis & eiulatu se affligeret, ac  
 miserè cruciaret. Ille ergo idem venit ad Mi-  
 nistrum Sapientiæ, eique magna cum denotio-  
 ne suam explicauit vexationem, obsecrans vt  
 suis precibus ipsi à Deo opem flagitaret. Manè  
 quodam cum pro ipso oraret Minister, fede-  
 retque in Sacello suo, in visione adstitit coram  
 ipso diabolus speciem præferens nigerrimi  
 Aethiopis, flammantibus oculis, & tartareo ac  
 terribili adpectu, arcum manugestans. Cui  
 Minister: Adiurote, inquit, per DEVM vi-  
 uum, vt quis sis, aut quid hic velis, explices.  
 Respondit ille prorsus diabolicè: Ego blasphem-  
 iæ spiritus sum, experierisque tu ipse quid  
 velim. Ministro autem se ad Chori ostium a-  
 uertente, ecce frater supradictus per idem in-  
 trans ostium, volebat in Chorum ob Missam  
 cantandam ingredi. Illic teter cacodæmon  
 suum intendens arcum, ignitum misit telum  
 in cor fratris illius afflicti, ita vt penè supinus  
 corrueret, nec posset in Chorum pertingere.  
 Quare offensus Minister, durè illum dæmo-  
 nem obiurgauit. Quod indignè ferens super-  
 bus dæmon, intento arcu volebat etiam in i-  
 psum iaculum ignitum emittere, sed Minister  
 actutum se ad beatam virginem cōuertens, ait:

Q9

Nos

Ministro pro  
 altero depre-  
 canti diabo-  
 lus in visione  
 apparet.

Nos cum prole pia benedicat virgo MARIA  
 Mox dæmon fractis viribus euanuit. Non  
 facto, exposuit hæc Minister fratri memo-  
 to, indicauitque ei certa remedia, non  
 quam quæ in concione illa sua confectio  
 cuius est initium, LECTVLVS NOSTRVS  
 FLORIDVS, &c. Inter alios multos  
 nis crucibus prægrauatos, quadam vice  
 fit ad Ministrum homo quidam secularis  
 terius regionis, dixitque ei se longè omni-  
 grauissimè vexari, nec tamen à quoquam  
 se referre consilium. Non ita pridem, inquit  
 desperaueram, & præ doloris vehementer  
 meipsum volebam interficere. Hoc angelus  
 correptus, cum iam iamque in aquam  
 vellem præcipitem dare, & facto impetu  
 me ipsum homicida insurgerem, supra  
 vocem audiui eiusmodi. Cessa, Cessa, non  
 ipsum tam turpiter perdidideris. Inquire  
 trem illum Dominicanum, (expressit autem  
 ei nomen Ministri, quod ille nunquam au-  
 rat) isque te releuabit ac instituet. His  
 exhilaratus, noluit seipsum extinguere, per-  
 quisiuitque Ministrum vt iussus erat. Vidit  
 autem Minister lamentabiles hominis qua-  
 monias, placidè ad eum conuersus: tanta  
 animum consolatione & hilaritate affe-  
 cit, docuitque quid ageret, vt dein-  
 ceptus Dei fretus gratia, in eius-  
 modi tentationes non  
 incidere.

Sup. 164.

Eripit homi-  
 nem à despe-  
 rationis præ-  
 cipitio.

OTV  
 45



*Quanam afflictiones homini plus vtilitatis, &  
Deo maiorem gloriam ad-  
ferant.*

## CAPVT XLII.

Post hæc virgo illa sancta his Ministrum  
quæstionibus pulsauit: Vellem, ait, nõsse,  
quæ cruces homini imprimis conducibili-  
les, Deo maximæ sint laudi & honori. Ad quã  
Minister: Multiuariæ, inquit, sunt afflictiones,  
quæ hominem præparent, eique viam muniãt  
ad ipsius æternam beatitudinem, si modò rectè  
eis vti nõrit. Interdum permittit Deus euenire  
homini diras vexationes absque illius deme-  
rito: quibus sanè vel probare eum vult, quam  
sit constans, aut illi indicare quid habeat ex se-  
ipso, cuiusmodi multa leguntur exempla in  
veteri Testamento: aut certè in ijs Deus suam dũ-  
taxat laudem spectat & gloriam, vt habet Eu-  
angelium de Cæco nato, quem Christus inno-  
xium affirmavit, & illi visum dedit. Quidam  
ita affliguntur, vt tamen benè commeruerint,  
quemadmodum latro ille cum Christo cruci-  
fixus, cui Dominus beatitudinem promisit ob  
integram illam suã ad ipsum in cruce conuer-  
sionem. Quorundam afflictiones immeritæ  
sunt, quantum ad presentis vexationis causam  
attinet, & tamen culpa non carent, propter  
quam Deus eis permittit aduersa accidere, vt  
est frequens admodum & vsitatum, vt omni-  
potens Deus nimiam superbiam premat, ho-  
minemque ea infectum, ad seipsum reducat,  
eius animi tumorem grauiter compescendo ac  
Qq 3 humi-

Ut quid etiam  
abiq, demerito  
lucio quis-  
piam diuexe-  
tur aduersis,  
Ioan 9.

Luc. 23.

humiliando, idque eiusmodi aliqua re, in  
 ille nihil fortassis mali commeruit. Alia  
 afflictiones, quas Deus ex sua benevolentia  
 buisdam occurrere patitur, ut per has à ma-  
 bus seruentur, ut fit illis, qui hic suum feni-  
 purgatorium, dum morbis, ac inopia, aut  
 id genus malis castigantur, quo carea ut per  
 molestioribus: vel quos finit Deus à diaboli  
 exercitari hominibus, ut in morte nihil  
 cesse habeant monstrosos illos demonum  
 tneri vultus. Nonnulli ex ardentissimo am-  
 patiuntur. Sunt etiam in hoc seculo comp-  
 inanes ac desolatæ afflictiones, quas illos  
 necesse est, qui Mundo in illis qua-  
 sunt, volunt satisfacere, qui procul dubio  
 nas inferorum multo sibi dolore & labo-  
 mercantur, quod sanè possit consolari homi-  
 nes pios in ipsorum afflictionibus. Sunt  
 quos crebrò DEVS intùs admonet, ut se in  
 gro corde ad ipsum conuertant, quod ipse  
 piat familiarem se exhibere, qui tamen sua  
 curia illi resiliant. Hos interdum DEVS  
 afflictiones ad se trahit, ut quocunque se ve-  
 tant, quò DEVM possint effugere, Deo permit-  
 tente non nisi aduersam fortunam multa  
 seculi incommoda illius commodis perma-  
 ta, experiantur: atque hoc ipso ceu per  
 pillos apprehensos addò retinet, ut ex  
 manibus elabi non possint. Denique multa  
 reperias licet, qui nihil patientur aduer-  
 si quatenus ipsi sibi crucem fabricant, cum  
 magnipendunt ea, quæ nullius sunt momen-  
 ti. Id quod re ipsa didicit olim quidam gra-  
 uiter afflicus, dum transiret ædes quasdam  
 & 10

Mundi secta-  
 tores inani-  
 bus etiam af-  
 flictionibus  
 aucti.

OTV  
 45

& audiret foeminam miserè lachrymantem. Cum enim illius consolandi gratia in domum ingressus esset, percontabatur, quid ita graviter ipsam cruciaret. At illa respondente, quòd acum perditam recuperare non posset, ille mox egressus, ita secum cogitabat: O fatua mulier, si vnam ex meis fascibus in tuos leuasses humeros, non plangeres amissam acum. Ita delicatuli quidam diuersis ex causis sibi crucem fingunt, vbi tamen non est. Praclarissima verò & præstantissima crux est afflictio Christi formis, qualem suo imposuit filio Deus pater, hodieque imponere solet charissimis amicis suis. Non quòd quisquam præter solum Dominum Iesum omninò sit absque culpa. Sed quemadmodum Christus sua passione instar ouis à lupis circumdatæ mansuetissimū se exhibuit, ita etiam præcipuis amicis suis immanes imponit cruces, vt nos impatiētes, ex illis præclaris hominibus discamus pati æquanimiter, & benigno corde vincere in bono malum. Hæc ergo omnia consideres filia, nec inuita feras, cruces tuas. Nā vndecunq; accidat crux, potest homini esse utilis si ritè eam omnem nôrit ex manibus Dei suscipere, in Deumque referre & per illum superare. Ait aut ad illū virgo: Crux illa præstantissima, de qua iam postremo dixisti Pater, cū quis præter culpā suā patitur, paucorum sanè est. Velim igitur institui, vt homo culpis obnoxius & reus afflictiones suas ex Dei auxilio debeat vincere. Is enim dupliciter affligitur, tum quòd Deum offenderit, tū quòd toris cruciatur. Respondit Minister: Id quoque sunc expediā. Noui ipse hominē quēdam, qui

Cruce præclarissima qua.

Notri causa optimis quibusque Dei amicis crucis immitti.

Homo culpā obnoxius vt suas felicitas afflictiones queat superare.

libet Qq 4 hunc

hunc seruabat morem, vt si ex humana fragilitate culpam pœna dignam admisisset, lotum sedulam imitaretur, & sicut hæc vestimenta prius smigmate lota, postmodum mundas adducit aquas, ijsque sordes omnes profusus eluit, ita & ipse nunquam quiesceret donec preciosi sanguinis Christi pro consolatione & subsidio reorum omnium ineffabilem cum amore profusi, ac ex eius vulneribus decurrentis, copiosum sibi spiritaliter obtineret profluuium. Atque in eodem feruente sanguine se sordetque suas abluebat, atque in illis lutari cruentoque riuulo totum se lauabat, perindè vt solent infantiuli in calidis lauari balneis. Idque faciebat magna animi deuotione, cum firma & indubitata fide catholica coniuncta: confidens in illo precioso sanguine eius omnipotentis virtute ab omni se peccato & reatu expiatum iri. Siue ergo cum suo demerito, vel præter demeritum pateretur, tempore hunc ille tenebat morem apud Deum.

*Vt quosdam Mundo addictos, ab rerum labentium amore abstraxerit, & ad Dei amorem pertraxerit.*

## CAPVT XLIII.

**E**O tempore, quo se Minister serij accommodabat, vt homines ab amore caducum ad DEVM reuocaret, aduertit in quibusdam cœnobijs eius generis versari homines, qui sub habitu religioso corda gererent mundana. In his vna erat amoris illicito admodum dedit,

Toxicum Religionis quod.

dedita, habebatq; amicos suos, vel amafios: quod est totius religionis toxicum. Huic Minister ait, siquidem spiritalem ac tranquillam cuperet obtinere vitam, vt his valefaceret, & amicorum suorum loco æternam Sapientiam sibi amicam sumeret. Idverò illi perquam molestum fuit, quod eleganti corpore & ætate iuuenis esset, seseq; eiusmodi hominibus implicuisset. Tamen eo illam adduxit, vt iam prompta esset voluntate ipsi obtemperandi. Sed vbi hæc bona voluntas aliorum studio mutata fuit, dixit illi Minister. Omitte hæc filia: eni prædico tibi, nisi spontè id egeris, facies vel inuita. At illa fidissimos eius sermones floccipendete, Deum pro ea seriò obsecrauit, vt eam inde retraheret siue prosperis siue aduersis rebus. Quodam die abiit iuxta morem suum ad pulpitem sub crucifixi imaginem, nudato scq; humeros suos dire flagellauit, vt sanguis vberim succederet: orauitq; Deum vt illam edomaret. Idque factum est. Cum enim esset domū reuersa, mox fœdus quidam in eius dorso excreuit gibbus, qui eam deformem reddidit. Sicque coacta est necessario omittere, quod nolebat causa Dei. In eodem minimè clauso cœnobio alia erat virgo iuuenis, nobilis genere, quæ multis annis cor & tempus suum eiusdem dæmonis irretita laqueis, cum omnis farina hominibus miserè detriuerat: eaq; iam ita erat excæcata, vt Minister haud secus quam siluestris bestiola fugeret. Timebat enim, ne ab eiusmodi instituto per illum reuocaretur. Orauit autem Minister eiusdem virginis germana soror, vt suam in ea fortunam periclitaretur,

Qq 5 tur,

A mala viuē-  
di consuetu-  
dine quàm  
egre quis a-  
nocetur.

Mira pecca-  
trici obsti-  
natio.

tur, si qua ratione ab illa pernicioſa viuendi  
conſuetudine ad Deum ipſam poſſet reducere.  
Quod cum ille putaret vix poſſibile, dixit et  
Sentio equidem facilius poſſe inclinari caeleſ-  
quam illam hinc recedere, ſolaque morte eam  
poſſe retrahi. Tum illa obnixè admodum ro-  
gabat, dicens: eam ſe de illo concepiſſe fidem,  
quicquid ſeridè à Deo pateret, non poſſe illum  
pati repulſam. His Miniſter victus ſermoni-  
bus, addixit illi ſuam operam. Cum autem illa  
ſemper eum fugeret, nec poſſet cum ea collo-  
qui, circa ferias D. Margarete virginis adue-  
nit eam cum alijs virginibus egreſſam foras in  
agrum lini curandi cauſa. Itaque clanculum  
eas ſecutus, circumibat agrum, vt commode  
poſſet ad eam accedere. At vbi illa eius ſenſit  
aduentum, improbè illi tergum vertit, igne  
ac furibundum præ ſe ferens vultum, impetu-  
tuniſque clamoribus eum compellauit, dicens.  
Quid huc ad me accedis Domine? Perge que  
cepisti. Nec enim in me quicquam efficies. Ma-  
lim equidem capite truncari, quam conſiderari  
tibi: potiusque me viuam ſepeliri patiar, quam  
tibi obtemperans, meo amori renunciem. Hæc  
dicentem ſodalis, quæ illi proxima aſſiſtebat,  
obiurgauit & compeſcuit, dicens eum non in  
ſalutis eius cauſa ſeciſſe. Sed illa caput foribus  
de agitans. Non ego, inquit, illum fallam, ſed  
verbis & factis totum illi pectus meum aperit.  
Procaciſſimis hiſce ſermonibus & incompoſi-  
tis geſtibus perterritus Miniſter, erubuit adeo,  
vt nec verbum poſſet eloqui. Reliquæ virginæ  
moleſtè ſerebant ſodalis ſuæ temeritatè, eam-  
que non rectè agere proclamabant. Confeſſum  
Mini-

Minister ab illa recessit, suspiciensque in cælum, ingemuit: volebatque ab illa cessare penitus, nisi quod inuis semper à Deo urgebatur huiusmodi firmè sententia: Si quis erga Deum & Mundum quicquam velit efficere, non debere illum ita facile quiescere. Contigi istud post meridiem. At ubi cœna peracta vespertinum aderat tempus, virginesque in hortum pro lino expediendo essent ituræ, abiretq; cum illis virgo iam dicta, & transituræ essent hospitale ubi Minister morabatur, oravit vnam ex consodalibus eius, vt arte quadam eam ad se adduceret, ac deinde ipsa rursus exiret. Quod & factum est, quamuis ægrè. Vbi illa ad Ministrum ingressa est, affeditq; iuxta eum in loco publico, sermonem suum Minister non sine profundis suspirijs ita auspicatus est ex redundanti pectore: Eia pulcherrima & Dei electa virgo, quousque tandem elegantissimū corpus & cor tuū malo permittes dzmoni? En aded te modis omnibus Deus fecit amabilem & gratiosam, vt indignum sit tam benè constitutam ac nobilē virginem vlli alij præterquam Deo longè omnium præstantissimo amico addictam esse debere. Ecquis oro iustius vernantes carpat rosas, quam cuius illæ sunt? Quæso virgo nobilis & formosa, nitidos illos tuos obtutus aperi & præcipuè illius recordare amicitie, quæ hîc inchoatur, & æterno perseverat. Aduerte quas calamitates, quam infidelitatem, quos dolores & cruces, quæ corporis, facultatum, animæ & existimationis incommoda, velint nolint, ferro oporteat pernicioso amori deditas, quanquam dulce illius amoris venenum ita eos dementet,

V. 8

Perseuerantiam ac longanimitatem erga Deum, Mundumque vt quid obtineatur requirit.

Amicitie cuius cui recogdandum.

vt tot immanium incommodorum obliuiscatur, quæ tamen eos & in ista & futura vita consequuntur. Agè ergo filia longè pulcherrimam amabilissimam, quicquid in te est naturalis ingenuitatis, ad illum transferas, qui est ab æternitate omnium multò nobilissimus, celsusq; ab hac stultitia. En polliceor tibi fide meam, Deum te in suam recepturum amicam, ac in regnum tibi & in præsentis & futuro seculo fidem & amicitiam præstiturum. Felix illa erat hora. Verba hæc illius virginis penetrabant pectus, adeoq; id emoluebant, vt mox sursum erectis luminibus, medullis ingemisceret, et fidenti & planè virili ad eum sermone vteretur, dicens: Eia Domine & Pater mi, en hodie me Deo & tibi permitto, parata hac ipsa hora dissolutæ ac vanæ vitæ meæ nuncium proferam remittere, & ex tuo consilio & auxilio totam me Deo dedere, eiq; soli deinceps ad mortem vsque famulari. Ait Minister. Nihil mihi potest referri iucundius: sic benedictus Deus, qui omnes ad se reuertentes hilariter excipit. Cum autem duo isti inter se de Deo colloquerentur, lasciuæ sodales virginis foris stabant ad ostium, quæ tam proluxi sermonis pertæscæ, quod viderentur eam ab ipsarum lubrica familiaritate abstrahendam, clamare cœperunt, vt tandem finem faceret. Surrexit ergò illa, & abijt cum eis, dixitq;: Aeternum valete sodales meæ ego & vobis & cunctis nostris consodalibus valefacio, vt potè cum quibus ego prohdolor, tempus meum perditè transegi. At nunc vni omnipotenti Deo me dedo & offero, & alijs omnibus renuncio. Atque hoc pacto cœpit noxiam omnem

Mira dexterritate periclitantem.  
 Minister animam circumuenit ac lucratur.

Valedicit virgo lubricæ sociati.



omnem vitare familiaritatem, & abstractam ducere vitam, & quamuis crebro postmodum tentaretur, si ad pristinam posset viuendi morem traduci, nihil poterat effici. Ita illa se gerebat, vt summa honestate & omnigenis ornata virtutibus Deo ad finem vsque constans perseveraret. Accidit postea, vt Minister nouam hanc filiam suam inuisendi, & in vita religiosa confirmandi, atque etiam afflictam consolandi causa, extra Monasterium suum egredere- tur. Et quia aduersa tum laborabat valetudi- ne, non parum afflixit sese illo carpendo itine- re, dum per densum pergeret lutum, & altos scanderet montes. Interim crebro ad DEVM sublatis oculis, aiebat: Misericors & miserator Domine, admoneo te miserabilium illorum gressuum tuorum, quos tu salutis nostræ causa tolerasti, obsecroq; vt serues filiam meam. Por- rō socius eius, ad quem subindē se reclinabat, præ miseratōne ait ad eum: Decet planē boni- tatem Dei, vt multæ tua opera animæ seruentur. Cum autem longius progredere- tur, donēc fractis viribus non posset ultra procedere, rur- sus ad eum ait socius eius: Certē Pater meritō respiceret Deus grauem infirmitatem tuam, & sua virtute quendam tibi mitteret equum, qui te tantisper veheret, donēc ad homines pertin- gamus. Ad quæ sic respondit Minister: Si pro hac re pariter Deum precabimur, confido ego illum ob virtutis tuæ meritum, hoc quod di- xisti præstiturum. Deinde circumspeciens Mi- nister, vidit ad dextram è sylua quadam ele- gantem prodire equum, valdē mansuetum ac edomitum, & ephippio instructum, ac penitus  
solum.

Fractus labore nimio equum, quo vehatur, à Deoprecibus obtinet.

solum. Tum socius Ministri cum gaudio exclaimavit: Agè pater charissime, vide ut non frigidus oblitus Deus. Cui ille: Vide, inquit, fili & lustris oculis undique latissimum hunc campum, quis forte vispiam existat cuius sit equus. Sed cum ille longè lateque prospiceret, neminem præter illum equum ad ipsos suaviter aduertentem vidit, aitque Ministro: Profecto parati tibi hunc equum Dominus misit. Sede ergo equita. Respondit Minister: Si quidem filius confiterit equus ubi ad nos peruenierit, confidam Dominum nobis subsidio eum misisse. Accersit autem placidè & modestè equus, & coram Ministro substitit. Quod ille cernens: Agè, inquit, in Christi nomine: Socioque adiuuante, imbricat equo, & cepto perrexit itinere, socio illam diu satis comitante, donec lassus refouisset vires. Vbi autem non longè aberant à Pago quodam, descendit ab equo Minister, laxatisque habenis, dimisit equum eo, quo venerat itinere. Porro quò ille abiêrit, aut cuius fuerit, nunquam deinceps comperire potuit. Cum ergo venisset Minister ad locum destinatum, & post cuiusdam diei apud filias suas residens, amorem labentium rerum eis cuperet exosum recedere, & diuinum eis comendaret amorem, illarum tandem recedentibus, cor eius ex illo ardente sermone diuina erat inflammatum charitate. Putabat enim dilectum suum, quem ipse spectabat, alijsque amandum prædicabat & persuadebat, infinito præstantiorem cunctis Mundi amicis. Atque sub hac meditatione rapuit in spiritu, in visu sibi duci videbatur in partem amoenissimum, comitante eum egregio

Ecstasia patitur.

quodam ac plane caelesti adolescente, ac per  
manum ipsum ducente. Cœpit autem idem  
adolescens in anima fratris cantionem quan-  
dam tanta vocis suavitate, ac hilaritate, vt  
præ nimia melodix illius dulcedine extra  
sensus omnes abduceretur: videbaturque i-  
psi cor suum vsque adeo repleti flagrantissimo  
erga Deum amore & desiderio, vt cor ipsum in  
pectore agitaretur ac æstuarer, perindè ac si  
præ nimia vi rumpendum foret. Ea re compul-  
sus fuit manum dextram cordi admouere, vt  
illi ferret subsidium. Oculi verò in tantum  
redundabant lachrymis, vt per ora decurre-  
rent. Decantata autem ea cantione, quædam  
illi imago obiecta fuit, ex qua disceret eam cã-  
tilenam, nec vnquam eius obliuisceretur. In-  
spexit itaque imaginem, & vidit beatissimam  
virginem MARIAM suum paruulũ IESUM  
æternam Sapientiam, ad maternum pectus  
suum apprimentem. Initium autem carmi-  
nis huius supra caput pueruli scriptum erat  
pulcherrimis characteribus: eratque ea scri-  
ptura aded subtilis & abdita, vt non posset  
legi ab omnibus, præterquam ab illis qui per  
exercitationum experimenta id obrinissent.  
Erat autem hæc scriptura Germanicè (Herzen  
traut) quod potest Latine vtcunque reddi, A-  
MICE FIDISSIME, tanquam ille solus ve-  
rum sit cordis gaudium & amicus syncerissi-  
mus. Scripturam ipsam Minister celeriter legit  
eumq; puerulus IESVS blâdè respiciebat. Vn-  
de ille quasi certò experiebatur, vt solº dulcissi-  
mus puer Iesus reuerà intimus sit amicus, in  
quo & læta & tristia superantur. Atq; ita suo eũ  
impref-

impressit cordi penitus, moxq; cum adolescentia  
te carmen illud ad finem vsq; decantauit. In-  
rim dum sic ardenti flagraret amore, sibi re-  
ditus est, inuenitq; dextram manum sua  
di impositam, vti eam illius adiuuandi causa  
sub illa impetuosa agitatione collocarat.

*Vt quadam vice Ministri meritis Deus potum  
suis amicis auxerit.*

## CAPVT XLIV.

**Q**UODAM tempore longiori itinere nimis  
fatigatus Minister, serò in extero quodam  
loco ad Inclusorium venit, vbi ea nobis  
hospitio vti constituerat. Cùm autem neque in  
pago, neque in Inclusorio vinum esset, hodie  
quædam virgo lagunculam vino plenam  
habere affirmavit. Sed quid ea est, inquit, in-  
ter tantos? Nam plus minus viginti ibi aderat  
homines pij, cum alijs qui eo confluxerant, et  
dire cupientes Ministrum concionantem. Mis-  
sit autem Minister proferri lagunculam, & mis-  
sæ imponi. Quo facto, rogabant eum vt illi be-  
nediceret. Fecit ille in omnipotenti virtute la-  
lutiferi nominis IESV, primusque ipse in-  
bibit, eo quod sitiret ex itinere: præbuitq; et  
iam alijs, qui inde omnes biberunt. Repor-  
tatur autem publicè in mensam laguncula de-  
ctis cernentibus, nec quicquam infundebat  
vel aquæ, vel vini, quod nullum ibi erat aliud  
iterumq; atq; iterum ex eadem bibebant. Lagun-  
cula: sed quia vehemens eos tenebat desiderium  
audiendi verbum DË I; diuinitum illud mira-  
culum

Ioan. 6.

Ministri be-  
nedictione  
vinum auge-  
tur.

culum nemo aduertebat. Tandem vbi ad se redierunt, Deique potentiam in illius vini augmentatione perspicue depræhenderunt, laudabant Deum, & id miraculi sanctitati Ministri assignare volebant. Quod ille nulla ratione ferens, ait: Non est filij, quod me huius rei authorem putetis: sed omnipotens Deus castam hanc hominum sodalitatem pro ipsorum pia fide & corporali & spiritali potu recreauit.

*De quibusdam afflictis hominibus, singulari fide  
Ministro deuinctis.*

## CAPVT XLV.

**E**Rant in vrbe quadam duæ haud mediocris sanctitatis personæ, Ministro familiares, quæ tamen secundum spiritum diuersa admodum ratione traherentur. Altera erat celebris apud homines existimationis, diuinaq; affluebat suauitate. Altera nullius erat nominis Deusque perpetuis eam exercebat afflictionibus. Vtraque autem mortua, nõsse cupiebãt Minister quam dispar earũ esset præmium in illa futura vita, quandoquidem tam dissimili htc vixissent modo. Itaq; manẽ cuiusdam diei apparuit ei illa celebris opinionis, dixitq; se etiam uum in purgatorijs retineri locis. Illo interrogante, qui id fieri posset: Respondit se nullam aliam ob culpam id perpeti, quã quod ex illa sui existimatione quædam eius animo spiritalis superbia obrepisset, cui non satis celeriter resisterat: at tamen pœnam eius breui finiendam. Altera quæ hic abiecta & de-

Rr

pressa

Parentes Su-  
sonis quales

Consuetudo  
matris eius  
in afflictioni-  
bus superadis

Desiderium  
eiusdem erga  
Deum flagra-  
tissimum.

Excedit è vita  
pia matrona.

pressa fuerat, sine medio euolauit ad Deum. Ita quoque Ministrigenitrix toto vitæ suæ tempore grauissimis laborauit afflictionibus, quod accidit ex diuersa illa viuendi ratione, quæ tum ipsa, tum eius maritus utebatur. In quidem Deo plena erat, oprabatque omnino secundum Deum viuere. Porro maritus eius plenus erat Mundo, & durè illi resistebatur: tum cruces oriebantur. Consuetudinem si fecerat, matrona illa, omnes suas perpeffiones in Christi passionem demergendi, atque iterum superabat. Narrauit Ministro filio suo amantissimum suum, triginta annis nunquam se in templo interfuisse, quin ex intima compassione erga Christi cruciatum & matrem eius conuulsissimam acerbè fletet. At etiam se ex animo inuenso aduersus Deum amore quandoque in templum incidisse, & duodecim hebdomadibus in lecto decubuisse tam flagranti in Deum desiderio, ut id etiam medici depræhenderent, ac deo ædificaretur. Aliquando subineuntem quædam dragesimam ad templum quoddam abiit, ubi Christi de cruce depositio exsculptis figuris altari quodam expressa erat. Coram his imaginibus sensibili quodam modo non nihil percipit acerbissimi doloris illius, quem pertulit virgo mater sub cruce. Atque ex hac angustia hac mulier præ condolentia tantos sentit dolores, ut cor illius propemodum creparet, ad id ut prædefectu in terram collabens, non videret quicquam, nec diceret. Sic igitur de matrona relatam, in lecto suo iacuit tacita, vbi sanctam Parasceuen, qua die cum Passione in templo caneretur, circa horam nonam exponitur.

rauit  
causa  
rens  
dilig  
quan  
rante  
men  
Deni  
mo b  
lachr  
O far  
apud  
fibi e  
stude  
proc  
quan  
re cu  
cretò  
salut  
aratu  
bat.  
uotic  
ste, p  
velle  
mè c  
temp  
sculp  
cunt.  
mar  
lach  
Din  
men  
tem  
mic

rauit. Eo tempore Minister filius eius studij  
causa Colonie degebat: cui mater in visu appa-  
rens cum ingenti gaudio dixit: Quæso fili mi,  
dilige omnipotentem Deum, certus quod nū-  
quam ille te deseret qualibet aduersitate labo-  
rantem. En ego ex hoc migraui seculo, nec ta-  
men mortua sum, sed perenniter viam apud  
Deum: blandens filium ex oculans, & ei ex ani-  
mo benedicens, ab eius oculis euauit. Ille in  
lachrymas solutus, clamauit post eam, dicens:  
O sancta & fidissima mater mea, sis mihi fidelis  
apud Dominum: atque ita flens & ingemiscens,  
sibi est restitutus. Tempore inuenturis suæ cum  
studendi gratia alio proficisci cogeretur, Deo  
procurante, religiosus admodum & fidus ipsi  
quandoque obtigit sodalis. Is quodam tempo-  
re cum de Deo plurimum essent collocuti, se-  
cretò per mutuam fidem Ministrum orauit, vt  
salutiferum IESV nomen in ipsius pectore ex-  
aratum sibi demonstraret. Sed hoc ille recusa-  
bat. Tandem illius ingenti animaduersa de-  
uotione, fecit ei satis, detectaque ad pectus ve-  
ste, preciosum illud cordis monile, quantum  
veller, ei inspicere permisit. At ille hoc mini-  
mè contentus, cum satis idem nomen esset cō-  
templatus in eius cordis medio perspicuè ex-  
sculptum, etiam manum faciemque eo appli-  
cuit, admotoque ad ipsum ore, cœpit lachry-  
mari acriter præ deuotione, ita vt decedentes  
lachrymæ per Ministri pectus dimanarent:  
Dinceps ad eò id nomen Minister habuit recō-  
menditum, vt eius vidēdi nulli vnquā potesta-  
tem fecerit, nisi vni duntaxat singulari Dei a-  
mico, cui id Deo videre permiserat. Ille simili

Rr a æ

aciste, deuotione id contemplatus est. Cum  
 tem duo isti consodales multis annis spiritali  
 essent vsi familiaritate & amicitia, iamque  
 inuicem discedere deberent, vicissim sibi ex  
 nimio valedicentes, hoc inter se pactum in  
 runt, vt qui prior obiisset, pro illo alter ex  
 terna amicitia anno vno singulis hebdomada  
 bus duas Missas diceret, alteram feria secunda  
 de defunctis, alteram sexta feria de Domini  
 passione. Post multos annos defunctus est Mi  
 nistri sodalis, & quia iam oblitus erat Ministe  
 ratae fidei de persoluendis Missis, non legitur  
 at nihilominus fidelem illius egit memoriam  
 Sedente igitur illo mane quodam in suo sacro  
 lo quasi in mentis excessu, sodalis eius per  
 sum ad eum venit, voceque lamentabili dixit  
 prohi infidelitatem tuam frater: Eheu quam  
 oblitus es. Dicente illo, quod ipse in suis Mis  
 sis quotidie esset memor, alius respondit id  
 sufficere, sed debere eum Missarum debitum per  
 soluere, vt sanguis Christi innoxius in purga  
 torium descendens, ipsius dira extingueret  
 cendia: ita fore, vt breui ex purgatoris locis  
 duceretur. Fecit id Minister fide integerrima, &  
 ingenti ob suam obliuionem dolore: atq; pro  
 pediem alius e poenis liber euolauit.

*Vt Christus sub figura Seraphim Ministro apparuit  
 pati eum docuerit.*

## CAPVT XXXXVI.

**C**ontertit sese aliquando Minister ad De  
 um per quam serid, orans vt ipsum pati  
 doceat



doceret. Apparuit ergo illi per visum similitudo Christi crucifixi in forma Seraphim, qui sex habebat alas, & duabus quidem tangebatur caput, duabus pedes, & reliquis duabus volabat. In duabus infimis alis scriptum erat: Afflictionem sponte suscipe. In medijs hæc habebantur: Feras crucem æquanimiter. In supremis expressum erat. Disce pati Christi formiter. Hæc visionem ubi ille sanctæ cuidam virgini enarrauit, illa respondit. Noueris Pater nouas tibi impendere cruces, quas ferre oportebit Deo sic volente. Illo percontante, cuiusmodi illæ cruces forent, virgo ait: En cuidam cœnobio præficiêris, vt æmuli tui propius te possint attingere, & grauius deprimere. Ergo amplectere patientiam, vt es in illo Seraphim edoctus. Ille ingemuit, futuram expectans tempestatem: quæ reuera illi accidit, vt erat à virgine significatum. Per id tempus tribus annis cœnobium vbi tum morabatur, neque frumentum, neque vinum acceperat, qua re magnis erat debitis obstrictum: Eius cœnobiij fratres consilio inito, Ministrum Sapientiæ, quantumuis renitentem, eo quod nouam sibi constatam crucem cerneret, tantam annonæ caritate sibi Priorem elegerunt. Primo igitur die iussit pulsato tintinnabulo fratres conuocari, quibus collectis dixit, vt D. Dominicum implorarent, quandoquidem ille suis promississet fratribus, quod ipsis opem ferret, si in suis necessitatibus eius fidem implorarent. Atque ecce duo iuxta se affidebant fratres in loco vbi erant congregati, è quibus vnus alteri susurrans, dixit perfrigidicula: En quam fatuus est hic Prior, dum iubet

Prædicuntur  
Suloni nouæ  
cruces.

Fit prior.

Prima eius  
ridetur ex  
h. ratio.

Rr 3 nos

nos necessitatem nostram ad Deum referens  
 Fortè putat Deum cælo patefacto cibum pos-  
 que nobis missurum. Alius respondit: Nô-  
 do ipse delirus est, sed nos omnes dementes  
 mus, qui eum nobis præesse volumus, cum  
 men antè cognitum haberemus imperitiam  
 esse rerum temporalium, & non nisi in calu-  
 suspicere. Ita multis ille lacerabatur iudici-  
 niquis & scommatibus. At ille in sententia pe-  
 severans, facto manè, iussit Missam cantari  
 S. Dominico, ut is ipsis prouideret. Stante  
 tem illo in Choro cogitabundo, ostiarius  
 euocauit ad opulentum quendam Canonicum  
 ipsius singularem amicum: qui sic ait ad eum  
 Noui mi Domine non habere te usum ter-  
 secularium: atque hac nocte diuinitus sum  
 monitus, ut Dei loco ipse tibi opituler. Quo-  
 obrem initio viginti libras Constantiensis  
 bi offero Confidas Deo quod is te non decebit  
 Ille gaudio affectus, pecuniam recepit, in  
 vinum & frumentum comparari. Dei autem  
 B. Dominici adiutus ope, cœnobio illi, quod  
 diu ipse Prior fuit, necessaria procurauit,  
 citque ut nihil ipsi soluere cogerentur. *fora-*  
 Canonicus in extremis ferè constitutus, largi-  
 finas legauit elemosinas diuersis in locis  
 quibus ipse magis faueret. Deinde Ministrum  
 qui inibi Prioris fungebatur officio, ad se  
 cersens, aliquam multos ei aureos commo-  
 dauit, ut eos alibi inter indigos Dei amicos  
 qui vires suas asperis & seueris exercitijs con-  
 fecissent, distribueret. Quod cum ille in  
 in se reciperet, timens eas, quæ post eum  
 runt, vexationes, tandem victus acquies-  
*fora-*

Ontario laus  
 potitur subsi-  
 dio, compa-  
 rat que con-  
 uenit suo  
 necessaria.

OTV  
 45

forasque proficiscens dispertijt hincinde pecuniam, vt erat pollicitus, vbicunque sperabat eius animæ commodissimum fore: fecitq; id coram fide dignis testibus, & exacta apud suos Superiores ratione. Sed acres hinc illi cruce euenerunt. Namque Canonicus ille filium notum habuit, qui iam consumpserat bona à domino illo ipsi assignata: & cum esset totus dissolutus, rebus perniciosis animum dedit. Idem totus illi pecuniæ Ministro commendatæ inhiabat: quam cum obtinere non posset, sub iureiurando renunciauit Ministro, vbicunque illum deprehendisset, se eum neci daturum. Periculosum ac infestum hoc odium nemo sopire potuit, quamuis crebro tentaretur. Omnino ille Ministrum extinguere voluit. Quibus angustijs non parum diu correptus Minister, præ mortis formidine non erat ausus libere hac illacque proficisci. Eleuatis autem ad Deum oculis, ait cum gemitu: Quod genus calamitosa mortis, te permittente, mi Domine iam passurus sum? Erat ille hoc ipso magis afflictus, quod paulò ante in alia vrbe quidam venerabilis frater ob similem causam miserè iugulatus fuerat. Neminem habere potuit Minister, qui hanc ab ipso molestiam aut vellet aut auderet propulsare, ob illius feri hominis audacem temeritatem. Tandem ille ad Deum se contulit, qui eum ab illo liberauit, celebri morte corpus eius adhuc iuuenile ac robustum perimens. Ad huius mali cumulum accessit alia peracerba crux. Erat totum collegium quoddam, cui multa dederat Canonicus antedictus: sed illi his non contenti, infestis

Infestum perditu cuiu dā hominis in Ministrum odium.

Alia crux Ministri peracerba.

animis in Ministrum incurrerunt, eo  
 nollet eis memoratos aureos tradere, nisi  
 eum omnibus vexandum obiecerunt. Siqui  
 & apud religiosos & seculares eum tradiderunt  
 & quæ ille gesserat, passim apud omnes  
 lateque in peiorem partem interpretando  
 uulgarunt: sicq; factum est, ut qua in re  
 Deum ab omni culpa esset immunis, tam  
 apud homines malè audire cogere. Hoc  
 gotium si quando ad tempus intermissum  
 isset, mox denuo repetebatur: idque agi  
 multis annis, donec Ministrum benè exag  
 sent. Per id temporis in visione apparuit  
 sæpè dictus Canonicus egregio indutus habu  
 viridis coloris, qui omni ex parte rubicundus  
 habebat rosas: dixitque Ministro rectè se ha  
 re in illo seculo, orauitq; ut æquanimiter  
 ret tam immanem, quæ ipsi inferebatur, in  
 riam, certus quod Deus ipsum abunde solui  
 tur. Interroganti autem Ministro, quid  
 tam præclarus habitus significaret, respon  
 Rosæ illæ rubicundæ in panno viridi  
 designant patientem perpeffionem, quare  
 sic ornâsti: cuius causa seipso te omnipotens  
 Deus æterno vestiet.

Consolatur  
 in afflictione  
 sua.

*Quam illum oporteat viriliter dimicare, qui spem  
 lem velit referre palmam.*

## CAPVT XLVII.

**S**Vb initio conuersionis suæ summopere  
 optabat Minister haud vulgariter placere  
 Deo, at tamen absque labore & docto

Quodam ergo tempore forte profectus est cō-  
 cionandi gratia in regionem: veniensq; in na-  
 vim, quandam in lacu Constantiensi, offendit  
 ibi inter alios egregium quendam iuuenem  
 splendidis indurum vestibus. Ad quem cum se  
 adiunxisset, percontari cœpit quis esset, vel  
 quid negotij gereret. Ille se eiusmodi ait ho-  
 minem esse, qui nobiles inter ipsos committe-  
 ret, vt hastis congrederentur, & id genus ludos  
 palestricos exercerent. Tum verò ait etiã spe-  
 ciosis eos fœminis dare operam, & qui cæteris  
 esset magis strenuus, eum honoris referre pal-  
 mam & præmium. Percontanti Ministro quid  
 id esset præmij, respondit: Fœminarum omni-  
 um, quæ illic adsint, pulcherrima eius digito  
 anulum aureum inserit. Illo adhuc vterius  
 inquirente, quid faciendum incumberet id  
 honoris cumque anulum adipisci volenti, ait  
 Iuuenis. Qui præ cæteris acriores plagas & an-  
 gores sustinet, nec sub his animo lassescit, sed  
 fortem ac virilem sese exhibet, sedetque im-  
 motus & istibus aliorum tundi se finit, is ho-  
 nore potitur. Dicente autem Ministro, Dic mi-  
 hi obsecro, si quis primo conflictu audax sit,  
 satisne id est? Ille ait: Minimè, sed certamen ad  
 finem vsque tolerandum est: & Quamuis aded  
 verberibus prematur, vt ex oculis eius scintil-  
 læ emicent, & ex ore ac naribus sanguis erum-  
 pat, id totum ferat necesse est, si velit referre  
 gloriam. Iterum Minister omnia exploratu-  
 rus: Quæso te, inquit, licetne illi lachrymas  
 fundere, aut vultum in rugas contrahere, dū  
 ita male cæditur? Neutiquam, ait Iuuenis, etiã  
 si vt fit plerisque, in eius pectore cor deficiat,

Rr 5 hilari

Mūdi honor  
 & gloria quæ  
 to labore cō-  
 paretur.

hilari sit vultu oportet: alioqui parebit iustus  
 brio, amittetq; honorem & annulum. His au-  
 ditis, Minister in sese descendere compulsum  
 medullitus ingemuit & ait: Eia Deus præclaris-  
 sime & longè omnium dignissimè, si Mundi  
 huius milites talia perpeti coguntur pro tam  
 vili stipendio, quod tamen in seipso nihil est,  
 quàm ergo equum est, vt pro æterna gloria tu-  
 riores toleremus labores? O si dignus ego essem  
 Deus pijsime, in spiritualium militum tuorum  
 numerum ascribi. O speciosissima & æterna  
 Sapiencia, cuius amabilitati nihil vsquam po-  
 test comparari si posset animæ meæ abs te præ-  
 stari annulus, hoc ego nomine pati vellem,  
 quicquid tibi visum foret, cepitque præ-  
 mio feruore lachrymas edere. Vbi autem ad  
 destinatum peruenit locum, omnipotens Deus  
 immanes illi permisit afflictiones inferri, et  
 que tam multas, vt pene erga Deum desere-  
 ret, multique ex compassione propter illi pla-  
 rarent. Tum ille omnis strenuæ ac infatigabi-  
 lis militiæ oblitus, mœrens & impatiens non  
 nihil erga Deum, cogitauit cur eum eius molli-  
 molestijs affligeret. Manè sequenti sub die ex-  
 ortum anima illius suauiter quiescete, & a se-  
 sibus sublata, quiddam in ipso hunc in modum  
 loquebatur: Vbi iam est illa præcellens militi-  
 & strenuitas? Itane miles stramineus, & vie pa-  
 neus vel pannis molliter vestitus, præfidentem  
 erit animo modò quidem in prosperis, at pa-  
 lè post in aduersis fracto & scemineo? Hæc sane  
 ratione non potest perennis ille obtineri an-  
 nulus, quem tu concupisces. Respondit Mini-  
 ster. Atquæ Domine certamina illa, in quibus  
 oportet

OIV

45

oportet se tibi resignare & permittere, teq; per-  
peti, nimum diuturna sunt. Ad quod illi mox  
eiusmodi datum est responsum: Sed & honor  
ipse & gloria & anubus militum meorū, quos  
ego honorauero, perennis est. His Minister in  
sele reiectus ac conuictus, submisit admodum  
dixit: Fateor mi Domine culpam meam. Tan-  
tum oro, vt afflcto mihi liceat lachrymas fū-  
dere: siquidem cor meum omnino refundat.  
Cui Dominus. Proh pudor, inquit, visne in Infracto ani-  
mo aduersa  
quæque Dei  
amere tole-  
randa.  
fæminæ morem lachrymari? Certe tibi ipsi  
apud omnes cæli ciues ignominie notam inu-  
res. Terge oculos & hilarem vultum exhibe,  
vt neque DEVS neque homines animaduer-  
tant afflictionis causa te plorare. Cœpit ille  
ridere non nihil, ac nihilominus per genas  
fluitabant lachrymæ. promisitque Deo nol-  
le se deinceps flere, quô posset spiritalem illum  
annulum adipisci.

*Vt Ministro quandoque concionante, facies eius ter  
instar Solis radiauerit.*

#### CAPVT XLVIII.

**C**VM vice quadam apud Coloniam A-  
grippinam Minister serid admodum &  
feruenter concionaretur, quidam no-  
uus Christi tyro recens ad DEVM conuersus,  
illi concioni intererat. Erat idem ille satis af-  
flictus. Cum ergo studiosè in Ministrum inten-  
deret, internis oculis vidit faciem eius in iu-  
cundissimam mutari claritatē, ac tribus vici-  
bus vsque adeò splendidā effici, vt solet esse Sol,  
cum

cum est aër serenissimus: potuitque nullo negotio in eius vultu suam faciem contemplari. Ex hac ergo visione satis ille in sua afflictione animatus & recreatus, atque in sancta vita confirmatus fuit.

*De salutifero nomine IESV.*

CAPVT XLIX.

**Q**Vandoque Ministro ex Superiori Germania Aquisgranum ad inuisendam beatissimam Virginem proficiscente, cum esset in reditu, sanctae cuidam virgini beatissima MARIA apparens, ita dixit: En Minister filij mei redijt, nomenque eius suavissimum fragranti pectore longè lateque divulgavit, quem admodum olim Apostoli eius. Atque ut ij nomen illud fidemque Christianam omnibus propolere ac insinuare optabant, ita & ipse totus in hoc incumbit, ut idem sacratissimum nomen novo cum feruore & amore cunctis egeleis cordibus inferat, in ijsque excitet & accendat. Vidit etiam cum sanctis Apostolis post obitum suum suum praemium aeternum consequetur. Post haec eadem sancta virgo in beatam MARIAM oculos referens, vidit eam manu tenentem candelam elegantem, usque adeo flagrantem, ut totum illustraret orbem. In ipsa autem candelae vndiquaque exaratum erat nomen IESV: Dixit autem Dei genitrix ad virginem: Isthaec candela ardens nomen IESV designat, qui reuera omnium corda illuminat, qui tamen eius nomen deuote recipiant, idque venerentur, & apud

OTV  
45



se pio affectu circumferant. Porro idem filius  
 meus ad hoc sibi Ministrum suum delegit, vt  
 eius opera nomen suum in multorum cordi-  
 bus cupide accendatur, & ipsi inde æternæ suæ  
 salutis profectum recipiant. Eadem ipsa sancta  
 virgo vbi multis aduertit modis, Ministrum,  
 qui illius erat spiritalis pater, miram habere  
 fidem & deuotionem erga dulcissimum I E S V  
 nomen, vt quod etiam suo inscripseret pecto-  
 ri, cepit etiam ipsa magno illius amore corri-  
 pi, piatq; cum deuotione idem nomen rubicun-  
 dis filis sericis exiguo panno affuit, volens id  
 clanculo apud se deferre: atque eius formæ in-  
 numerata alia confecit I E S V nomina, effecitq;  
 vt ea omnia suo Minister pectori applicaret, &  
 diuina benedictione addita, filiis suis spiritali-  
 bus vltro citroque transmitteret. Fuit autem  
 illi eidem virgini reuelatum à Deo, quisquis  
 illud nomen hoc pacto apud se circumferret,  
 & quotidie in eius honorem diceret Orationē  
 Dominicam, illi DEVM in hac vita benignè  
 facturum, & in eius morte propiciū ipsi  
 futurum. Quod nobis omnibus  
 præstat Christus Iesus.  
 Amen.



D. HEN